Certè in hoc ſatis laudare non poſſum R R. P P. Capucinos, qui iam facti in gentem magnam ſolliciti fuerunt ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis, vnum corpus & vnus ſpiritus ſicut vocati ſunt in vna ſpe vocationis ſuæ, vnum ouile, vnus paſtor, vna cultus vniformitas, & cultorum in ijsdem adminiſtrandis concordia, eorum cœnobia vbique ſimilia, veſtitus conformis per omnia, idem vbique nomen, Superiores ijdem: cum tam præclara eorundem ac ſubditorum inter ſe conuenientia, vt illorum res benè incedant, & proſpera ſint omnia apud eos, optimè que ordinata, prudens gubernatio, mirabilis iuuenum educatio tum in pietate, cùm in ſtudijs ſacrarũ literarum. Vnde tot tãtoſque & tam magnos habent homines, ac illuſtres viros in omni genere, vt meritò æſtimari & dici debeant *Flores Minorum*

Capucini vocantur flores Minorum.

norum omnium: vnde meritis æquè ac eximijs eos præconiis ſummè extollens Romanus Pontifex, in cuius pectore rationale judicij conſtitutũ eſt, & cui optime conſtat in omnibus de Capucinorum vitæ ſublimitate, & ſanctimonia in plurimis bullis, præſertim vero in præmiſſa Epiſtola ad ſuum germanum fratrem directa, eos prædicat Seueriori Diui Franciſci Diſciplina imbutos. Id eſt, inter omnes, qui vitam & Regulam Sancti Franciſci profitentur, rigidiores, puriores, ac fideliores ob ſeruatores, imò & perfectiſſimi; *longè plura præſtantes ex ſua deuotione)* ait de ipſis P. Hugo Cauellus *(quam ex vi Regulæ tenentur, non incedentes ad extremitatem ſtrictæ obſeruantiæ, ne flumine præuaricationis præcipitentur, pie & prudenter aduertentes, quod qui accedit ad extremum liciti, facilè tranſit ad illicitum,* Sanè vix dici poteſt (ait Pontifex) *quantum nobis ſolatij afferant pia preces Religioſorum Fratrum tuorum, qui Seueriori Diui Franciſci Diſciplina imbuti, & in ſacris pœnitentiæ caſtris militantes, membra ſua exhibent non arma iniquitatis peccato, ſed arma iuſtitiæ Deo, vt & viuentis Spiritus Sancti templa ſint.*

Capucini decorantur à ſummo Pontifice titulo ſeuerioris diſciplinæ Sancti Franciſci.

P. Cauellus de Obſeruantia in tractatulu contra vſum ſtatutorum, quæ Iulij 2. dicuntur fol. 31. § 20. in reſolutione 2. quæſtionis.

Vbi notandum eſt, quòd non dixit, Seuerioris Obſeruantiæ, ſed

Nota differentiam & expli-

ſed

cationem horum duorum titulorum Seuerioris Diſciplinæ, & ſtrictioris Obſeruantiæ.

ſed Seuerioris Diſciplinæ. Ratio eſt primò, quia licet Capucini ſint fratres Sancti Franciſci verè minores ac Regulæ Seraphicæ puri obſeruatores: non ſunt tamen Obſeruantes nomine, nec de Congregatione & ditione FF. Minorum qui de Obſeruantia vocantur. Secundò, quia voluit Pontifex innuere Fratres Capucinos generaliter loquēdò, rigidius, & perfectius cæteris omnibus Sancti Franciſci ſectatoribus, invſu habere Regulam. Hoc ſiquidem verbum (*Diſciplina*) eſt generaliſſimū, quod reſpicit in genere vniuerſum Minorum Ordinem; vna ſiquidem eſt diſciplina Beati Franciſci, quæ eſt regula & vita FF. Minorum, ſed eſt multiplex & diuerſa illius obſeruantia: Nam inter FF. de obſeruantia alii laxiùs, alij ſtrictius regulam ſeruant, vnde qui ſtrictiùs, ad differentiam laxius viuentium, ſe ſtrictioris Obſeruantiæ dixerunt. Qui quidem titulus reſtringitur & limitatur ad Congregationem & iurisdictionē FF. de Obſeruātia & non vltra protenditur; iſte verò titulus *FF. Minores Seuerioris Diſciplinæ Sancti Franciſci*, Capucinis attribuitur, extenditur ad omnes FF. Minores cuiuſcunque ſint nominis, Societatis, ſeu Congrega-

gregа-

gregationis; quia terminus generalibus & abſolutis loquitur Summus & Sanctus Pontifex. Dixi (*generaliter loquendo*) quia non dubito quin aliqui, immò & multi ſint zelotes, & ſancti Fratres in alijs eiuſdem Ordinis Congregationibus, qui Regulam æquè benè, vel forſan melius obſeruent quàm aliqui, aut etiam plurimi Capucini, non verò in genere; quia ſic Capucinorum Congregatio vniuerſa, alias Ordinis ſuperexcellit.

Nec eſt dubitandum quin PP. Capucini inter omnes Franciſcanos, primatum teneant: perfectius namque Sanctum Franciſcum in omnibus imitari, probant ſatis quæ præmiſimus, ſed plenius quæ ſequuntur: Si enim externi ſpectemus hominis indumentum à planta pedis ad vſque verticem capitis, Capucinos Sancto Franciſco conformes reperimus.

Ad nuditatem pedum ſoleas ex corio ceu ſandalia, Chriſti, Apoſtolorum & Prophetarum more adhibebat Seraphicus Pater: Capucini eius optimi filij, & veri imitatores, nolentes ſapere ſuper Patrem ſuum, contenti fuerunt vti ſandalijs ex corio, non autem ſoccis.

Capucini perfectius S. Franciſcum imitantur quam cæteri eiuſdem Ordinis aſſeclæ.

Quoad ſandalia.

ſoccis ligneis, ſeu calepodijs, qui plus iuuant ad tuendam valetudinem: quia in cœno, atque humido loco ſtantes ambulanteſque ſiccos conſeruant pedes.

Quoad veſtimenta. Dicit Cornelius à Lapide in Comment. in Iſaiam Proph. cap. 20. quod antiqui Prophetæ Elias & Eliſæus & cæteri geſtabant palliola Capucinorum ſimilia, & ſacco veſtiebantur ſuper nuda carne, vt Capucini, vti fecit Rex Iſrael. 4. Reg. 6. & Iudith. cap. 8. in ſignum pœnitentiæ.

Vſus eſt vir Dei Tunica vili, aſpera, & reſarcita, coloris leucophæi cruciformi, & fune pro cingulo, caputio valde longo, pyramidali, aut acuminato ad veſtem conſuto, abſque Mozetta, collario, aut ſcapulari, ſeu pectorali. Palliolum etiam geſtauit, quod eleemoſynam à ſe petenti egeno, cum aliud non haberet, tradidiſſe legitur. Conſimilem habitum in omnibus, & per omnia geſtant Capucini abſque lineis ſuper nuda carne, ſola contenti tunica intus, & foris repetiata, dum ſani ſunt, cum palliolo breuiſſimo more Eliæ, Eliſæi, aliorumque Prophætarum.

Quoad barbã Piſanus in conſirmitatibus.

Barbam raſam portaſſe Seraphicum Patriarcham nuſquam legimus, illam vero nutriuiſſe exemplo Chriſti, Apoſtolorum & Prophetarum probant ſatis eius ad viuum depictæ effigies, quæ Aſſiſij in eius ſacris ædibus, & Romæ in priuato Pontificis ſacello tanquã precioſæ reliquiæ ſtudioſius conſeruantur. De illo tantum refert Bartholomæus Piſanus, quòd barbam

barbam nigram pilis non planè reſperſam haberet : Barba ſiquidem non pari modo omnibus effunditur; nam alijs tam maxillæ quam myſtax, & mentum pilorum frequentia integuntur, aliis mentum leue & miſtax, maxillæ piloſæ cernuntur aliquibus rarior, alijs prolixa creſcit, iuxta calidi, vel humidi quantitatem, Capucinorum conſtitutiones à Sede Apoſtolica approbatæ, volunt eos barbam geſtare ad exemplum Chriſti, Sanctorum, & ſui Ordinis Patrum, antiquorum, ſeueram ſcilicet, contemptibilem & incultam, cum ſit naturale viri ſignum, per quod vir apparet, propriumque virilitatis ornamentum, & inſigne, quod homini multam confert venerationem, admonens, vt virilia quoque facinora fortiùs aggrediantur, vnde Leuiticis Sacerdotibus barbam non tondere præceperat Deus. *Conſtit. Capuc. c. 2. Can. cler. de vita & honeſt. cleric.* *Leuitici cap. 19. 27.*

Ædificiorum humilitas Sancto Franciſco erat commendatiſſima. Volebat enim vt Fratrum ædes paupertatem in omnibus præſeferrent, Eccleſiæ eſſent humiles & paruæ; Capucinorum Eccleſiæ ſunt exiguæ, ac pauperculæ ſed ſummo nitore fulgentes, vt & *Quoad ædificia.*

 omnia

omnia ſua mundiſſima ſunt: Cœnobia illorum iuxta ſuas Conſtitutiones ſunt ſimplicia & Seraphicæ paupertati conuenientia. *Arcta ſunt habitacula,* inquit de eis Pater Albaſpina, *hominibus meliorem vitam quærentibus, & expectantibus accommodata, eorum cellulæ ſepulchris conſimiles, in quibus ad Regis gloriæ aduentum ſe præparant.* Et in breui memoriali Ordinis ait, *Mediante ipſorum magna paupertate, & ſimplicitate; Conuentus ſine numero ædificant cũ incredibili celeritate, eorũ nãq; domus paruis ſumptibus exſtruuntur.* Et in notis ſuper ſextũ caput Regulæ *Patres Capucini rigidi Sectatores paupertatis determinarunt in ſuis ſtatutis longitudinẽ, latitudinẽ, & altitudinẽ ſuarum cellularũ. In quo ſapienter egerũt, tum vt ſeruarent vniformitatem, tum etiam vt à modo paupertatis, ac ſua obſeruantia Religionis nullo tempore deuiarent.*

P. Nicolaus Albaſpina profeſſus de Obſeruantia in ſua Cordigera.

Conſtitut. Capuc. c. 6.

Quoad paupertatem.

Sanctam paupertatem filio Dei familiarem, & iam quaſi toto orbe repulſam, ſic ſtuduit Chriſti pauper ſibi charitate deſponſare perpetua, quòd non ſolum pro ea patrem matremque reliquerit, verum etiam quæ habere potuit vniuerſa diſperſit, & tunica, chordula, & fæmoralibus diues quamdiu vixit, ijs contentus fuit fratribuſque illam frequenter proponens

in ſer-

in ſermone, vt arrham cœleſtis hæreditatis præcepit, vt in omnibus reluceret inter eos. Hæc ſiquidem eſt hæreditas verorum FF. Minorum quam à Domino Ieſu Chriſto Sanctus Franciſcus acquiſiuit, & ſuis teſtamento reliquit, poſuitque tanquam Ordinis ſui fundamentum. Cui ſubſtrato primariè ſic omnis ſtructura Religionis innititur, vt ipſius firmitate firmetur, & euerſione funditus euertatur. Humiles diſcipuli tanti Patris Capucini ad huius altiſſimæ paupertatis culmen cupientes attingere, relicta ſæculi vanitate, ſpretis mundi illecebris iter perfectionis, & Religioſæ vitæ propoſitum prouidentia diuinæ pietatis ingreſſi, ac pauperes eligentes pauperem ſequi Chriſtum, in ſuprema paupertate, tam libenter & iucundè Domino famulantur; vt nemo tam auri, quam iſti optimi Patres cupidi paupertatis, nec theſauri cuſtodiēdi ſolicitior vllus, quam iſti huius Euangelicæ margaritæ, quam nouerunt eſſe virtutum reginam, quia in rege regum, & Regina Matre ipſius tā præſtanter effulſit; hanc etiam ſpecialem ſalutis eſſe viam, tanquam humilitatis fundamentum perfectioniſque radicem, cuius eſt

Paupertas Euangelica eſt fundamentū Ordinis Minor. Capucini altiſſimæ paupertatis zelatores.

Effectus mirabiles altiſſimæ paupertatis ...

 fructus

Capucini præ-lucentes.

fructus multiplex, ſed occultus.
Hæc illa eſt, quæ obices omnes è medio tollit, quo ſerenæ illorum mentes, cum Domino Deo ſuo liberrimè, atque expeditiſſimè coniungantur; hæc eſt quæ ipſos adhuc in terris poſitos, facit in cœlis cum Angelis conuerſari: hæc quæ dotem agilitatis ſuper cœlum volandi animabus ſuis in hac vita concedit, cum veræ humilitatis & charitatis alas ſe amantibus impertiat. Quid mirum igitur ſi hi deuotionis alumni ardua quæque virtutis ac pietatis opera aggrediantur, ſi vitæ ſint grauiſſimæ, diſcretionis magnæ, famæ laudabilis, ſanctæ orationis amici, honeſtate præditi, rigidi aduerſus voluptates, fortes in anguſtijs, propitij in offenſis, hoſtes vitijs, medici vitioſis, grati omnibus etiã fidei hoſtibus, execratores pecuniæ, nihil penes ſe habentes præter ea, quæ pro tenui veſtitu exprimuntur in Regula, nihil de labore ſuo recipientes, niſi puram corporis neceſſitatem, nihil appetentes, niſi laudẽ Dei, Eccleſiæ & ſui Ordinis profectum, animæ propriæ meritum, ac populorum perfectam ſalutem; quam precibus, pœnitentiæ fructibus, ſcriptis, & verbis procurare ſtudioſi-

dioſiſſimè nituntur formam denique, & exemplum Obſeruantiæ Euangelij iuxta profeſſionem Regulæ in ſemetipſis purè & ſimpliciter omnibus oſtendentes; quorum vita cæteris, etiam Religioſis, eſt ſpectaculum diſciplinæ, quorum Conuerſio, & Sancta conuerſatio non tantùm cedit in religionis exaltationem, verum etiam in magnam vniuerſalis Eccleſiæ ædificationem. Non ergo ſine cauſa à Pontifice tribuitur Capucinis titulus *F.F. Minorum ſeuerioris diſciplinæ Sancti Franciſci*, cum tamen laudabiliter Beatiſſimum Patrem imitentur, vt filij chariſſimi; & quemadmodum acceperunt ab eo, mortificationem Ieſu circunferentes in cordibus ſuis, veræ humilitatis gloriã amplexati, Regularia eius ſtatuta inuiolabiliter ſeruent. Ad hoc aduertant, & innitãtur quotquot ſibi arrogant tantum Patrem, ſi filij Abrahæ ſint opera Abrahæ faciant; ſi Franciſci filios ſe glorientur, Regulam eius, quam Deo & ipſi vouerunt, fideliter obſeruent. Non audeant dicere Patrem habemus Franciſcum, ſi fructus dignos pœnitentiæ non faciunt; filij carnales ſuis parentibus carnaliter aſſimilantur, ſpirituales filij ſpiritua-

Capucini nuncupantur Fratres Minores ſeuerioris diſciplinæ Sancti Franciſci.

Qui melius & perfectius S. Franciſcum imitantur eius veri & legitimi filij potius debent dici.

ritualiter Patrem referre debent;. Qui ergo ſpiritum Regulæ Seraphicæ non habent; Franciſcum Patrem non habent, quia non ſunt imitatores eius tanquam filij chariſſimi.

Duo ſunt (ait pater Albaſpina) *quæ Capucinos in puritate Diſciplinæ Seraphicæ conſeruarunt, & quæ illorum magnæ propagationi cauſam dederunt.*

P. Nic. Albaſpina in breui memoriali Ordinis.

Quænam ſint quæ Congregationem PP. Capucinorum florere faciunt, eamque tuentur.

Primum eſt quod antiqua Ordinis cœnobia non exquiſierunt, ſed ſuas res priuatim agentes, noua ſibi conſtruxerunt, & hoc modo à litibus & iurgijs, quæ ſemper fuerunt ſuper poſſeſſiones Monaſteriorum, ſe liberarunt, ædificauerunt in pace, ſine inuidia ſe multiplicauerunt, gratiam omnium conſecuti ſunt, malleus contentionum non eſt auditus in eorum fabricis, gloria ipſorum maior fuit quàm ſi ſuper alienum fundamentum ædificaſſent, aliorum Ordinis Religioſorum reformationi non multum intenderunt, ne præſumentes alios ſanare, morbum ipſimet contraherent, Quamobrem ſub ipſo naſcẽtis eorum Congregationis initio cum florem magis inſignium, & præcipuorum Ordinis Patrum, tum ex Conuentualibus, cum ex Obſeruantibus inter ſe admiſiſſent; quales

P. Blancona in 4. P. Chron. Ord.

ſes fuerũt Beatus Ioannes de Fano. Beatus Franciſcus Titelmanus, Alphonſus Lupus, & alij magno numero Patres grauiſſimi, ſumma prudentia receptionem cæterorum maturè ſibi à Sede Apoſtolica interdici procurarent, quod illi mirificè profuit (qui poteſt capere capiat) & cauſam præbuit diuerſis Reformationibus Ordinis ſcilicet Diſcalceatorum, Soccolantium Reformatorum, Recollectorum, & Conuentualium Reformatorum, de quibus infra dicemus.

Extat bulla Sixti V. qua incipit, Optimi ſcientia regiminis &c.

Secundum eſt, maxima illorum paupertas, & humilitas, cuius ratione Conuentus ſine numero cum incredibili celeritate, & expenſis pauciſſimis ædificant.

Sed adhuc quatuor addo maioris momenti, quæ Capucinos ſubſiſtere fecerunt, & quotidie magis magiſque firmant, & ſtabiliunt.

Capucini excellunt in inſtructione iuuentutis.

Primum eſt, optima iuuentutis inſtitutio, in qua certe præcellunt. Primo namque in recipiẽdis Nouitiis ſunt conſideratiſſimi, nec aliquem admittunt ex peculiari ſtatuto, qui ſaltem per ſex menſes ſuæ deuotionis, atque vocationis ampliſſima Patribus non dederit teſtimonia, & Prouinciali, ad quem ſolum pertinet receptio, ſe

ptio, ſe bis examinandum ſuper expeditas conditiones præſentarit. Inde eſt quod ex tam magna multitudine poſtulantium ſuæ Religionis habitum, delectum faciunt paucorum; præſtat enim habere paucos, ſed exemplares ac ſtrenuos operarios in vinea Domini, quàm multos inhabiles, malè moratos, & parum deuotos, quorum qui multiplicat gentem certè non magnificat lætitiam. In cænobium aſſumptos antequam habitu Religionis donent, per quindenos dies cum habitu ſeculari ad omnia Religioſorum exercitia applicant, vt intra hoc breue temporis ſpatium adhuc quæ agenda ſunt videant, & ad implenda quæ viderint conualeſcant. Suſcepto verò habitu mirum eſt, quomodo Nouitios optimè inſtituant, ac cum quanta prudentia in omni mortificationis, ac virtutum genere exerceant, nemini parcentes, blãdientes nulli, cunctos ſeriò ſed ſuauiter probantes, ne ſemel facta profeſſione prætendant aliquando excuſationes, vel nullitates, eo quòd illis omnia Religionis martyria non fuerint oſtenſa. Satius enim eſt, vt recedant adhuc Nouitij quam miſſa manu ad aratrum

retro.

retro reſpiceant profeſſi. Quapropter idoneos ad delibatæ iuuentutis inſtructionem magiſtros adhibent, qui rudes animos à ſæculo ad clauſtra ſua vocatos, velut ſtipites nuper è ſylua expoliũt; & exciſa ruditate ad arcanã clauſtri fabricam, quaſi ad ferculi Salomonis ſtructuram artificiosè coaptant, ex hoc etenim non tantùm collapſa diſciplina inſtauratur, verum etiam fauſte condita, vel reparata tuetur; cum à bonis Tyronum educatoribus, tam ruinæ reparatio, quam conſtantis ædificij firmitudo dependeat.

Capucini tenuiores ſollicitè in diſciplina cuſtodiunt.

Emiſſa tandem profeſſione ad ſeminaria traducuntur, vbi per triennium in omnibus Nouitiorum exercitijs ſeculo excoluntur, accuratiſſimè cuſtodiuntur, & ad vlterioris perfectionis curſum occaſione profeſſionis vrgentur, exhinc ad alia profeſſorum cœnobia transferuntur, idonei ſcilicet ad bonarum literarum ſtudia, vtpote Philoſophica, & Theologica per ſeptennium applicandi, alteri ad cætera Religionis munia exercendi. Nec pro his deſunt boni ſatarum plantarum cultores, quorum peritia ac labore fœcunditas, & amœnitas almæ Congregationis, in Eccleſiæ paradiſo fœliciter creſcat.

ſtat. Præterea Clerici ad Sacerdotium non promouentur, niſi octauo Religionis anno, & Patres cõmuniter non appellantur, quàm completo duodecimo.

Capucini ſuos valde humiliant, & quare?

Nec abs re iuuentutem ſic humiliant, & tam diu ſubiectam, ac demiſſam tenent; virtutum etenim conſequutio, & Seraphicæ perfectionis adeptio, arduum opus nec vnius aut alterius anni, ſed plurium, imò verò totius vitæ, quarum origo, & fundamentum humilitas eſt, & quemadmodum in ædificatione domus priùs de fundamento, quam de cæteris patribus cogitamus, priùs illud ſubſternimus, & poſtea parietes in altum erigimus: ita prorſus in vitæ ſpiritualis fabrica, principio de humilitate curandum eſt, & de eius adeptione cogitandum, vt moles ædificij ſpiritualis ſecura conſiſtat; Quælibet enim fabrica quamuis ſublimis, & ampla ſit, ſi firmum non habuerit fundamentum, cito dilabitur in ruinam, ſic eſt & constructio ſpiritualis; Quælibet bona quis habeat, ſi veræ humilitatis fundamẽtum non habuerit, in Religione firmiter ſtare non poterit.

Eſt & alia huiuſmodi iuuenum diuturnæ humiliationis, notabilis ra-

lis ratio ; Nempè vt detur illis tempus opportunum vitia in ſæculo contracta omninò conuellendi,& vſque ad fundamentum exinaniendi ; aſſueuerunt enim ſæculo, & amorem temporalium altiùs conceperunt, ſaltem qui natu maiores ad ſtatum Religioſum è ſæculo aſcendunt,ſecum ferunt noxios vitiorum habitus,iudicij ac voluntatis propriæ diuturnam conſuetudinem, aliaque ſimilia vitia, & Religioſæ perfectionis impedimenta : quæ licet fuerint adhuc vitæ ſpiritualis ſtudio compreſſa,& quoad ramos eorum, ideſt, quoad peſſimos lethales actus euulſâ, non tamen radicitus extirpata ; quare radix in præcordijs latens, vel vt clariùs loquamur,vitia ipſa mentibus inſidentia quacumque oblata occaſione ſuppullulant:eodem prorſus modo quo herbæ,quarum ſummitatem tantùm abraſimus, & radices non extirpauimus, iterum ſpinas erumpere & excreſcere neceſſe erit. Quocirca opus eſt illis affectionem omnem priſtini hominis, ac malos ſæculi mores à ſeipſis amputare, & vſque ad radicem conſumere, ſi velint pro illis virtutes perfectas gignere, ac ſecum pacem habere. Vt autem id fiat,

Fructus humiliati omnium Religioſorum.

fiat, acriter & diu pugnandum eſt aduerſus vitia, nec alijs curis incumbendum primoribus ſuæ conuerſionis annis; cum hoc negotiũ adeò ſit magni momenti, & tantæ difficultatis, vt ad plures annos totum hominem requirat. Extirpatis tandem vitiorum radicibus, id profectò conſequuntur, non vt nunquam tententur, ſed vt rariùs, & mitiùs tententur; Id etiam vt licet prauus motus inſurgat, illos tamen non trahat, non liget, non capiat, nec leui vulnere feriat, ac proinde aptiores efficiantur inter occaſiones inculpatè verſari, & ad publica Ordinis, & ad Charitatis officia ſanctè gerenda ſecuriùs deinceps applicentur. E contrario infœliciter cauſa recenter profeſſorum ageretur, ſi ſtatim ac profeſſionem emitterent, à magiſtri cura recederent, varijs mortificationibus non exercerentur, ſtatim à profeſſione ad officia, & res grauiores deſignarentur, negotia cum ſæcularibus gerere, ſeu liberè viuere permitterentur. Cum enim vno anno cœptam Religioſe perfectionis fabricam non abſoluant, parum ſpei de perficienda Euangelica turre ſupereſſet, ſi opus imperfectum non eniterentur abſoluere. Præludia ſunt quæ in anni-

Mala quæ ex negligenti cultura iuuenum Religionibus accidunt.

anni Nouitiatus curſu fratres exercent; ſtatus verò profeſſorum ſerium, graue grandeque opus eſt. Quocirca enitendum eſt, vt quæ Nouitij præluſerunt, iam profeſſi perficiant. Nihil enim eiuſmodi profeſſis priùs officit, quam quoddam licentiæ genus vna cum profeſſione, quaſi lolium cum tritico ſubortum. In anno quippe probationis, iudicij timore cohibiti, nihil audebant, ne forte expellerentur, emiſſa verò profeſſione, nonnulli parum mites ab ſtatus ſecuritate licenter agendi anſam arripiunt, quaſi ad altiorem perfectionem inde non aſpirare deberent.

Cum igitur Capucini adeò ſint ſolliciti ſuos recenter profeſſos accuratiſſimè cuſtodire, & ne à ſtudio diſciplinæ Religioſæ quam per annum didicêre deferueant, neuè aliquo licentiæ genere relaxentur, ſedulo cauere: Certe non poſſunt non habere, niſi præclariſſimam iuuentutem, virtutibus florentem, benè moratam, religioſiſſimam, quæ cum iam vt plurimum ſit genere nobilis, ac nobilitate illuſtris, animus illi eſt ad magna pro Deo obeunda communiter nobilior, vocatio ſincerior, & tranſitus à locuplete ſubſtantia ad ſum-

Præclariſſima iuuentus apud Capucinos. Bona educatio in ſæculo multum iuuat in Religionis tyrocinio.

Quare nobiles potius ad Capucinorum quàm ad aliorum Religiones confluunt.

ad ſummam rerum egeſtatem laudabilior; quin & conuerſio ad alios trahendos efficiacior, ipſique inſtituto honorificentior, imò & aliquando neceſſario nobilium parentum fauore, & ſubſidijs vtilior: Ad Capucinos etenim plures confluunt nobiles; quam ad cæteros Ordines Religioſos, non aliam puto ob cauſam, niſi vt ſæculum perfectius relinquant, mundum ſibi crucifigant, & ſe mundo. Inde eſt quod Epiſcopus à Campopolito vocat Congregationem Capucinorum *Seminarium Chriſti pauperum, Religionem Nobilium, licet neſciat perſonas, nec conditiones hominum, ſed animas inſpiciat. Ad hoc tamen vt aliquis ſit Capucinus, multum virtute opus habet, non communi ſed qua induatur ex alio: hæc enim Religio non eſt puerorum ſed hominum, non mollium ſed fortium.* Hæc ille, cum quo etiam concordat doctiſſimus Antonius Cordubenſis in expoſitione ſup. Reg. FF. Min. quæſt. 3. introduct. vbi oſtendit quod ſtatus Minorum eſt tam perfectus, quòd nonniſi paucis expedit, quia pauci ſunt apti ad perfectionem, ſic inquiens. *Alij Ordines communiores ſunt, & obſeruabiliores à communi hominum conditione, quorum pauci ſunt, qui volunt viuere perfectiſſimè, & omnino terrena omnia.*

Epiſcopus à Campopolito lib. 8. de excellen. Seraphicæ Religionis c. 31.

Religio FF. Minorum requirit homines generoſos, & magnanimes, non verò pueros, & puſillanimes.

nenia, & ſeipſos contemnere atque relinquere; Vnde hunc ſtatum FF. Minorum non niſi homines Apoſtolici, omniumque rerum contemptores, determinati, feruentes, & quibus omne delectamentum delitiarum, honorum, abundantiaque temporalis tanquam onus graue eſſet, ac vires aſſumere debent. Non autem pueri, rudes, malo genio praditi, vt ſic per tales etſi paucos, & numero breui, tamen virtute magnos, tanquam per electos illos trecentos per Gedeonem, vt habetur Iudic. 7. id eſt, contemnentes temporalia, ſolum ad vitæ neceſſitatem ea habentes, tanquam non habentes per affectionem, mundus, & caro mirabiliter, & exemplariter debelletur. Ideò enim tot conditiones voluit Beatus Pater noſter Franciſcus eſſe requiſitas in venientibus ad Ordinem, adeò vt dicat Sanctus Bonauentura, quòd deberent tales eſſe parati ad martyrium. Gaudeant ergo bene nati in ſæculo, exultent magis rectè educati in Religionis Tyrocinio.

Admonitio illis Religionibus quæ facilè quoſuis homines recipiunt receptoſq; non benè inſtruunt, neque benè cuſtodire

Hoc aduertant illæ Religiones, quæ tam facilè & præcipitanter recipiunt poſtulantes ſui Ordinis habitum, introductoſque in Monaſterium tam ſubitò veſtiunt, ac tempore Nouitiatus obtinendæ forſan hæreditatis, vel alterius intentionis minùs rectæ prætextu, nimis indulgent, vt profeſſionem

ſtudent, quæ damna inde proueniant.

nem emittant blandiuntur; poſt profeſſionem ſinunt viuere prò libito, tam citò ad ſtudia litterarum, ad ſacrum Sacerdotium, ad ipſamet publica Ordinis officia promouent, ad varia negotia mittunt, quæ communicationem cũ ſæcularibus requirunt. Attendant inquam, quòd huiuſmodi iuuenes quia minùs in pugna cum mundo exercitati, tanquam teneræ arbuſculæ, virtutes nondum firmis habent radicibus infixas, poſſunt ſæcularium perſuaſionum, & mundanarum tentationum flatibus nō agitari modò, & confringi, ſed etiam extirpari, quod talibus aucti priuilegijs, vt plurimum audaciam ſæculi reſumentes, inſigne damnum Religionibus ſuis inferunt, pacem de medio tollunt, imò & ſimpliciorum animos auertunt, ad laxe viuendum inducunt, & nonnunquam optimam matrem Religionem publico ſcandalo deſerunt; dictis etiam, factis & ſcriptis probroſè, licet falsò & malitioſè, lacerant, proſcindunt, conſectantur. Hi ſunt fructus primæ huius ætatis negligentiùs inſtitutæ, & malè cuſtoditæ, nec vlla peſtis communi ac diuino inſtituti Religioſi bono exitioſior: vniuerſæ ſiquidem Reſpublicæ,

quam-

quantumuis legibus armatæ, hac parum accurata adoleſcentiæ ſpiritualis diſciplina interire ſolent: quod enim ſemel hauſit ad ſenectutem vſque ſeruat, & periculum perfectioni Patrum antiquorum multis laboribus conquiſitæ præſentiſſimum creat. Nec verò temerè ſperandum eſt, vt vitæ licentia quaſi ſuctu lactis concepta, & annorum excurſu in callos obdurata, increpationum, vel exercitiorum ſeueritate ſit coercenda: rem quippe hanc difficiliorem multò, quam ſceleſtorum hominum ſæcularium reſipiſcentiam grauiſſimos Patres cenſuiſſe compertum eſt. De iunioribus ergo profeſſis accuratiſſimè cuſtodiendis ſollicitæ ſint omnes Religiones, ſi ſemetipſas in vera diſciplina tueri, & conſeruare deſiderant.

Capucini optimos habent Superiores.

Secundum ſtabilimentum Capucinorum eſt bona gubernatio, qua ſcilicet vniuerſam Congregationem, Prouincias, & Cœnobia maturè, & prudenter moderantur; nec enim carent benè peritis moderatoribus, quoniam ad regimen optimæ tantum mentis homines, Religionis zelo accenſos, ac tanquam in pietatis quadam fornace, & paupertatis camino excoctos mortificationiſque

niſque in primis ſtudio extritos, orationeque excultos, præponunt, qui vniuerſa cum grauitate ac ſuauitate magna diſponunt, in ſemetipſis, & in ſubditis fortiter ſimul, & ſuauiter vigorem diſciplinæ retinere ſtudent, leges Ordinis cuſtodire ſatagunt, viſitant frequenter fratres, grauiſſimis cohortationibus vrgent: Capitula quotannis conuocant, Patres ſæpè congregant, qui ſuppullulantes ex humana infirmitate defectus ſubito conſumunt & arefaciunt, & de minimo quidem tollendo ſolliciti ſunt. Certè nemo neſcit ex idoneis ad gubernandum Superioribus Regularis diſciplinæ conſeruationem pendere, eam verè dilabi ex mala & negligenti gubernatione. Ratio autem quare patres Capucini tot tantoſque habeant homines quolibet nomine inſignes, ſiue Generalium, Prouincialium, Guardianorum, ſiue Diffinitorum, Cuſtodum, ac Prædicatorum, eſt, vt iam præmiſimus, quia piè, deuotè, & religioſe ſuos iuuenes educant, edocent, cuſtodiunt, qui poſtea ſuo tempore Prædicatores, Lectores, Cuſtodes, Diffinitores, Guardiani, Prouinciales, & Generales effecti, alijs proponunt quod ipſi hauſe-

Ex bonis Superioribus pendet conſeruatio Religionum.

Capucini abundant grauiſſimis hominibus.

hauſerunt alios docent, quod ipſi didicerunt, Rectores, & Capita communitatum effecti, cum bonitatem, diſciplinam & ſcientiam didicerint: deuotos, exemplares, & ſapientes ſubditos faciunt: Qualis enim Magiſter, talis diſcipulus: quales in Republica Principes ſunt, tales reliqui ſolent eſſe ciues: quales in Religione Superiores, tales ſubditi communiter euadunt. Ita enim natura comparatum eſt, vt ad eius qui præeſt ſimilitudinem, ij qui parent, ſeſe effingant. Qui igitur ſuas cupiunt Religiones cõſeruare, Superiores idoneos præfigere ſtudeant, exemplo prælucentes, cum nihil æquè animum hominis ducat ad ſalutem, iunioreſque ad laborandum incendat, atque ſi Doctorem reipſa, & exemplo ad virtutem cohortatorem iuuenerint.

Capucinos conſeruat frequentia orationis mẽtalis.

Tertium Capucinorum vinculum tenaciſſimum, in cuius ſinu, ac tutela ſerenus, tranquilluſque beatæ pacis ſtatus acquieſcit, eſt frequens oratio, cui penè ſine intermiſſione diu noctuque incumbunt iſti Seraphici Minoritæ, ſed maximè mentali, duarum horarum ſpatio in communi, quarum vna ſummo mane longè ante lu-

cem hyeme, & ad ſolis ortum æſtate; Altera ſerò poſt Completorium Diuini Officij toto Anno deſtinata eſt, quotidie inuiolabiliter ex ſtatuto vacant ſimul omnes in Chorum congregati, feneſtris & ianuis clauſis, vt arceatur lumen ob occaſionem diſtractionis. Hæc communis multorum in vnum coacta oratio, à qua nemo poteſt abeſſe ſine licentia Superioris, efficacior eſt, & conformior ei quam in vnum conuenientes faciebant Apoſtoli poſt Chriſti Aſcenſionem in cœnaculo. *Omnes erant perſeuerantes vnanimiter in oratione cum mulieribus, & Maria matre Ieſu.* ſcriptum eſt in actis Apoſtolorum. *& in die Pentecoſtes erant omnes pariter in eodem loco,* (vt arbitror) in precibus. Locus etiam vbi fit meditatio eſt ſacer, ſcilicet Chorus, ſeu Eccleſia, qui plurimum confert ad orationem, tum quia intercedit diuina promiſſio, vel ſpecialis Eccleſiæ interceſſio, vt orationes ibi factæ faciliùs exaudiantur; tum quia ſanctitas loci reuerentiam, & deuotionem auget. Inde enim altare primarium, Euchariſtiæ ſedes, ac thronus proſpicitur. Hunc in communi orandi modum, in nullo alio Ordine Religioſo vſitatum (quod ſciam) audiui nec

Capucini orant ſimul in vnum congregati.

Oratio facta in communi efficacior ea quæ fit priuatim.

Oratio quæ priuatim cuique fieri volun-

qui nec legi, ſed tantùm cohortantur, vel etiam illis duntaxat præſcribitur priuatim meditari in proprijs cellis, quod ſuſpectum ſatis habetur. Metuendum enim eſt, ne tepidiores Religioſi laborem fructuoſum orandi ſubterfugiant, quod non poſſunt cum in communem cœtum precantium eſt veniendum : & nullus eſt tam ſibi conſtans, qui non aliquando hoc ſanctū exercitium intermittat, cum in eodem ſtatu nunquam permaneat homo, & hodie velit, quod cras nolit, hodie amet, quod cras oderit ; hodie in deuotione ferueat, cras verò in ea ſummopere torpeat. Cum verò meditatio fit in communi, & contingit vt iuxta negotiorum multitudinem ab ea aliquos ſæpe abeſſe neceſſe ſit, tamen maior pars Communitatis ſtatutis horis ſimul & ſemper orat, & quod ſuis non poteſt vnus conſequi, aliorum precibus obtinet. *Frater enim qui iuuatur à fratre, quaſi ciuitas firma eſt.* Hæc enim communio precum eſt dux itineris noſtri, comes vitæ noſtræ, & ad labores perferendos robur & fortitudo ; mater & nutrix omnis veræ Religionis. O fœlices horæ, ô pretioſa & ditiſſima orationis momenta omni melle dulcio-

quitur vt plurimum omittendi periculo exponitur.

Effectus orationis mirabiles.

ra omni cibo ac potu ſuauiora. In quibus anima iam diuina contemplatur, iam Dei & cœleſtium amore incenditur, iam Deum alloquitur, iam eius verbis intus miro modo auditis emollitur, iam à terrenis intellectu, & affectu elongata, ſupra ſeipſam, ac ſupra omnes res creatas effertur. O ineffabilis conſolatio pauperi Capucino, qui ſi maiorem diei noctiſque partē operibus charitatis, & obedientiæ impendere iubetur, ſaltem binas illas contemplationis horas quotidie ſuas valet dicere, quibus propriæ ſaluti vacare, & quaſi laſſus, & ſitibundus ad quietem, & refrigerium orationis accurrere poſſit. Poſt diei labores corpus nocte requieſcit, & ſomno ac pauſatione roboratur. Anima, quæ non minùs ſe exercuit, non minus feſſa manſit, habet & illa quietem orationis, in qua vires ad iterum laborandum reſumat.

Capucinos conſeruat fuga ſæculariū. Quartum fulcimentum Religioſiſſimæ Capucinorum familiæ, eſt fuga ſæcularium extra miniſterium prudentis charitatis, ciuilis humanitatis, & moderatæ conuerſationis; vnde abeſſe ſolet periculum: proximorum namque ſalutem quærunt ex inſtituto, cum ſint

cum ſint vitæ mixtæ Religioſi, non autem Monachi, vel Eremitæ: Multa ſiquidem damna ac pericula Religioſo incauto immininent ab vſu nimio ſæcularium, propter diſſimilem profeſsionem, mores, & affectus: Seculares enim homines ſi non aliud, ſæculares ſunt quod eſt dicere ſæculi amatores, ſæculi plenos, ſæcularibus moribus atque affectibus imbutos, quos in Religioſos transfundunt. Facilius autem contrahuntur ab ijs qui ſunt infirmiores virtutibus, quales plurimum ſolent eſſe iuniores, qui nondum habent ſenſus exercitatiſſimos ad diſcretionem boni & mali; cum tamen omnes Religioſi cuiuſuis ætatis egeant defenſione, ob id ſeueris decretis cautum eſt apud Capucinos.

Sanctiſſima ſtatuta Capucinorum pro temperanda conuerſatione ſæcularium.

Primò, ne quis loquatur domi cum ſæcularibus ſine facultate Superioris, & cum licitum erit, hoc breuiter, & de rebus pijs, & neceſſarijs fiat.

Secundò rarò cum mulieribus colloquantur, & nonniſi occaſione manifeſtæ neceſsitatis: idque in loco patenti, vbi à ſocio conſpiciantur, ſub pœna ſuſpecti conſortij.

Tertiò, nullus extra domum

Quare nobiles potius ad Capucinorum quàm ad aliorum Religiones confluunt.

ad ſummam rerum egeſtatem [illegible] dabilior; quin & conuerſio a[illegible] lios trahendos efficiacior, ipſi[illegible] inſtituto honorificentior, imò aliquando neceſſario nobili[illegible] parentum fauore, & ſubſidijs [illegible] lior: Ad Capucinos etenim pl[illegible] res confluunt nobiles; quam [illegible] cæteros Ordines Religioſos, n[illegible] aliam puto ob cauſam, niſi vt ſ[illegible] culum perfectius relinquant mundum ſibi crucifigant, & [illegible] mundo. Inde eſt quod Epiſcopu[illegible]

Epiſcopus à Campopolito lib. 8. de excellen. Seraphicæ Religionis c. 31.

à Campopolito vocat Congregationem Capucinorum *Seminariũ Chriſti pauperum, Religionem Nobilium, licet neſciat perſonas, nec conditiones hominum, ſed animas inſpiciat. Ad hoc tamen vt aliquis ſit Capucinus, multum virtute opus habet, non communi ſed qua induatur ex alio: hæc enim Religio non eſt puerorum ſed hominum, non mollium ſed fortium.* Hæc ille, cum quo etiam concordat doctiſſimus Antonius Cordubenſis in expoſitione ſup. Reg. FF. Min. quæſt. 3. introduct. vbi oſtendit quod ſtatus Minorum eſt tam perfectus, quòd nonniſi paucis expedit, quia pauci ſunt apti ad perfectionem, ſic inquiens. *Alij Ordines communiores ſunt, & obſeruabiliores à communi hominum conditione, quorum pauci ſunt, qui volunt viuere perfectiſſimè, & omnino terrena omnia.*

Religio FF. Minorum requirit homines generoſos, & magnanimes, non verò pueros, & puſillanimes.

nia, & ſeipſos contemnere atque relinquere; Vnde hunc ſtatum FF. Minorum non niſi homines Apoſtolici, omniumque rerum contemptores, determinati, feruentes, & quibus omne delectamentum delitiarum, honorum, abundantiaque temporalis tanquam onus graue eſſet, ac vires aſſumere debent. Non autem pueri, rudes, malo genio præditi, vt ſic per tales etſi paucos, & numero breui, tamen virtute magnos, tanquam per electos illos trecentos per Gedeonem, vt habetur Iudic. 7. id eſt, contemnentes temporalia, ſolum ad vitæ neceſſitatem ea habentes, tanquam non habentes per affectionem, mundus, & caro mirabiliter, & exemplariter debelletur. Ideò enim tot conditiones voluit Beatus Pater noſter Franciſcus eſſe requiſitas in venientibus ad Ordinem, adeò vt dicat Sanctus Bonauentura, quòd deberent tales eſſe parati ad martyrium. Gaudeant ergo bene nati in ſæculo, exultent magis rectè educati in Religionis Tyrocinio.

Admonitio illis Religionibus quæ facilè quoſuis homines recipiunt receptoſq; non benè inſtruunt, neque benè cuſtodire

Hoc aduertant illæ Religiones, quæ tam facilè & præcipitanter recipiunt poſtulantes ſui Ordinis habitum, introductoſque in Monaſterium tam ſubitò veſtiunt, ac tempore Nouitiatus obtinendæ forſan hæreditatis, vel alterius intentionis minùs rectæ prætextu, nimis indulgent, vt profeſſionem

ſtudent, quæ damna inde proueniant.

nem emittant blandiuntur; poſt profeſſionem ſinunt viuere prò libito, tam citò ad ſtudia litterarum, ad ſacrum Sacerdotium, ad ipſamet publica Ordinis officia promouent, ad varia negotia mittunt, quæ communicationem cũ ſæcularibus requirunt. Attendant inquam, quòd huiuſmodi iuuenes quia minùs in pugna cum mundo exercitati, tanquam teneræ arbuſculæ, virtutes nondum firmis habent radicibus infixas, poſſunt ſæcularium perſuaſionum, & mundanarum tentationum flatibus nõ agitari modò, & confringi, ſed etiam extirpari, quod talibus aucti priuilegijs, vt plurimum audaciam ſæculi reſumentes, inſignè damnum Religionibus ſuis inferunt, pacem de medio tollunt, imò & ſimpliciorum animos auertunt, ad laxè viuendum inducunt, & nonnunquam optimam matrem Religionem publico ſcandalo deſerunt; dictis etiam, factis & ſcriptis probrosè, licet falsò & malitiosè, lacerant, proſcindunt, conſectantur. Hi ſunt fructus primæ huius ætatis negligentiùs inſtitutæ, & malè cuſtoditæ, nec vlla peſtis communi ac diuino inſtituti Religioſi bono exitioſior: vniuerſæ ſiquidem Reſpublicæ, quan-

quantumuis legibus armatæ, hac parum accurata adoleſcentiæ ſpiritualis diſciplina interire ſolent: quod enim ſemel hauſit ad ſeneꝑtutem vſque ſeruat, & periculum perfectioni Patrum antiquorum multis laboribus conquiſitæ præſentiſſimum creat. Nec verò temerè ſperandum eſt, vt vitæ licentia quaſi ſuctu lactis concepta, & annorum excurſu in callos obdurata, increpationum, vel exercitiorum ſeueritate ſit coercenda: rem quippe hanc difficiliorem multò, quam ſceleſtorum hominum ſæcularium reſipiſcentiam grauiſſimos Patres cenſuiſſe compertum eſt. De iunioribus ergo profeſſis accuratiſſimè cuſtodiendis ſollicitæ ſint omnes Religiones, ſi ſemetipſas in vera diſciplina tueri, & conſeruare deſiderant.

Capucini optimos habent Superiores.

Secundum ſtabilimentum Capucinorum eſt bona gubernatio, qua ſcilicet vniuerſam Congregationem, Prouincias, & Cœnobia maturè, & prudenter moderantur; nec enim carent benè peritis moderatoribus, quoniam ad regimen optimæ tantum mentis homines, Religionis zelo accenſos, ac tanquam in pietatis quadam fornace, & paupertatis camino excoctos mortificationiſque

naiſque in primis ſtudio extritos, orationeque excultos, præponunt, qui vniuerſa cum grauitate ac ſuauitate magna diſponunt, in ſemetipſis, & in ſubditis fortiter ſimul, & ſuauiter vigorem diſciplinæ retinere ſtudent, leges Ordinis cuſtodire ſatagunt, viſitant frequenter fratres, grauiſſimis cohortationibus vrgent; Capitula quotannis conuocant, Patres ſæpè congregant, qui ſuppullulantes ex humana infirmitate defectus ſubito conſumunt & arefaciunt, & de minimo quidem tollendo ſolliciti ſunt. Certè nemo neſcit ex idoneis ad gubernandum Superioribus Regularis diſciplinæ conſeruationem pendere, eam verè dilabi ex mala & negligenti gubernatione. Ratio autem quare patres Capucini tot tantoſque habeant homines quolibet nomine inſignes, ſiue Generalium, Prouincialium, Guardianorum, ſiue Diffinitorum, Cuſtodum, ac Prædicatorum, eſt, vt iam præmiſimus, quia piè, deuotè, & religioſe ſuos iuuenes educant, edocent, cuſtodiunt, qui poſtea ſuo tempore Prædicatores, Lectores, Cuſtodes, Diffinitores, Guardiani, Prouinciales, & Generales effecti, alijs proponunt quod ipſi hauſe-

Ex bonis Superioribus pendet conſeruatio Religionum.

Capucini abundant grauiſſimis hominibus.

hauſerunt alios docent, quod ipſi didicerunt, Rectores, & Capita communitatum effecti, cum bonitatem, diſciplinam & ſcientiam didicerint: deuotos, exemplares, & ſapientes ſubditos faciunt: Qualis enim Magiſter, talis diſcipulus: quales in Republica Principes ſunt, tales reliqui ſolent eſſe ciues: quales in Religione Superiores, tales ſubditi communiter euadunt. Ita enim natura comparatum eſt, vt ad eius qui præeſt ſimilitudinem, ij qui parent, ſeſe effingant. Qui igitur ſuas cupiunt Religiones cõſeruare, Superiores idoneos præfigere ſtudeant, exemplo prælucentes, cum nihil æquè animum hominis ducat ad ſalutem, iunioreſque ad laborandum incendat, atque ſi Doctorem reipſa, & exemplo ad virtutem cohortatorem inuenerint.

Capucinos conſeruat frequentia orationis mẽtalis.

Tertium Capucinorum vinculum tenaciſſimum, in cuius ſinu, ac tutela ſerenus, tranquilluſque beatæ pacis ſtatus acquieſcit, eſt frequens oratio, cui penè ſine intermiſſione diu noctuque incumbunt iſti Seraphici Minoritæ, ſed maximè mentali, duarum horarum ſpatio in communi, quarum vna ſummo mane longè ante lu-

cem hyeme, & ad ſolis ortum æſtate; Altera ſerò poſt Completorium Diuini Officij toto Anno deſtinata eſt, quotidie inuiolabiliter ex ſtatuto vacant ſimul omnes in Chorum congregati, feneſtris & ianuis clauſis, vt arceatur lumen ob occaſionem diſtractionis. Hæc communis multorum in vnum coacta oratio, à qua nemo poteſt abeſſe ſine licentia Superioris, efficacior eſt, & conformior ei quam in vnum conuenientes faciebant Apoſtoli poſt Chriſti Aſcenſionem in cœnaculo. *Omnes erant perſeuerantes vnanimiter in oratione cum mulieribus, & Maria matre Ieſu.* ſcriptum eſt in actis Apoſtolorum. *& in die Pentecoſtes erant omnes pariter in eodem loco,* (vt arbitror) in precibus.

Capucini orant ſimul in vnum congregati.

Oratio facta in communi efficacior ea quæ fit priuatim.

Locus etiam vbi fit meditatio eſt ſacer, ſcilicet Chorus, ſeu Eccleſia, qui plurimum confert ad orationem, tum quia intercedit diuina promiſſio, vel ſpecialis Eccleſiæ interceſſio, vt orationes ibi factæ facilius exaudiantur; tum quia ſanctitas loci reuerentiam, & deuotionem auget. Inde enim altare primarium, Euchariſtiæ ſedes, ac thronus proſpicitur.

Oratio quæ priuatim cuique fieri ſolu-

Hunc in communi orandi modum, in nullo alio Ordine Religioſo vſitatum (quod ſciam) audiui nec

qui nec legi, ſed tantùm cohortantur, vel etiam illis duntaxat præſcribitur priuatim meditari in proprijs cellis, quod ſuſpectum ſatis habetur. Metuendum enim eſt, ne tepidiores Religioſi laborem fructuoſum orandi ſubterfugiant, quod non poſſunt cum in communem cœtum precantium eſt veniendum: & nullus eſt tam ſibi conſtans, qui non aliquando hoc ſanctū exercitium intermittat, cum in eodem ſtatu nunquam permaneat homo, & hodie velit, quod cras nolit, hodie amet, quod cras oderit; hodie in deuotione ferueat, cras verò in ea ſummoperè torpeat. Cum verò meditatio fit in communi, & contingit vt iuxta negotiorum multitudinem ab ea aliquos ſæpe abeſſe neceſſe ſit, tamen maior pars Communitatis ſtatutis horis ſimul & ſemper orat, & quod ſuis non poteſt vnus conſequi, aliorum precibus obtinet. *Frater enim qui iuuatur à fratre, quaſi ciuitas firma eſt.* Hæc enim communio precum eſt dux itineris noſtri, comes vitæ noſtræ, & ad labores perferendos robur & fortitudo; mater & nutrix omnis veræ Religionis. O fœlices horæ, ô pretioſa & ditiſſima orationis momenta omni melle dulciora, o-

quitur vt plurimum amittendi periculo exponitur.

Effectus orationis mirabiles.

ra omni cibo ac potu ſuauiora. In quibus anima iam diuina contemplatur, iam Dei & cœleſtium amore incenditur, iam Deum alloquitur, iam eius verbis intus miro modo auditis emollitur, iam à terrenis intellectu, & affectu elongata, ſupra ſeipſam, ac ſupra omnes res creatas effertur. O ineffabilis conſolatio pauperi Capucino, qui ſi maiorem diei noctiſque partē operibus charitatis, & obedientiæ impendere iubetur, ſaltem binas illas contemplationis horas quotidie ſuas valet dicere, quibus propriæ ſaluti vacare, & quaſi laſſus, & ſitibundus ad quietem, & refrigerium orationis accurrere poſſit. Poſt diei labores corpus nocte requieſcit, & ſomno ac pauſatione roboratur. Anima, quæ non minùs ſe exercuit, non minus feſſa manſit, habet & illa quietem orationis, in qua vires ad iterum laborandum reſumat.

Capucinos conſeruat fuga ſæculariū.

Quartum fulcimentum Religioſiſſimæ Capucinorum familiæ, eſt fuga ſæcularium extra miniſterium prudentis charitatis, ciuilis humanitatis, & moderatæ conuerſationis; vnde abeſſe ſolet periculum: proximorum namque ſalutem quærunt ex inſtituto,

cum ſint

cum ſint vitæ mixtæ Religioſi, non autem Monachi, vel Eremitæ: Multa ſiquidem damna ac pericula Religioſo incauto imminent ab vſu nimio ſæcularium, propter diſſimilem profeſsionem, mores, & affectus: Seculares enim homines ſi non aliud, ſæculares ſunt quod eſt dicere ſæculi amatores, ſæculi plenos, ſæcularibus moribus atque affectibus imbutos, quos in Religioſos transfundunt. Facilius autem contrahuntur ab ijs qui ſunt infirmiores virtutibus, quales plurimum ſolent eſſe iuniores, qui nondum habent ſenſus exercitatiſſimos ad diſcretionem boni & mali; cum tamen omnes Religioſi cuiuſuis ætatis egeant defenſione, ob id ſeueris decretis cautum eſt apud Capucinos.

Sanctiſſima ſtatuta Capucinorum pro temperanda conuerſatione ſæcularium.

Primò, ne quis loquatur domi cum ſæcularibus ſine facultate Superioris, & cum licitum erit, hoc breuiter, & de rebus pijs, & neceſſarijs fiat.

Secundò rarò cum mulieribus colloquantur, & nonniſi occaſione manifeſtæ neceſsitatis: idque in loco patenti, vbi à ſocio conſpiciantur, ſub pœna ſuſpecti conſortij.

Tertiò, nullus extra domum

quoduis negotium pertractet, aut viſitationem quamlibet faciat in-conſulto Superiore, vt rariores, & fructuoſiores fiant huiuſmodi viſitationes.

Præcautiones erga Moniales.

Quartò, nemo ſub graui peccato ad Moniales accedat, cum eis familiariter colloquendi gratia, abſque prouincialis licentia in ſcriptis obtenta, quam pro tot vicibus limitatam communiter concedit ſingulis annis, præterea etiam conſenſu Superioris localis requiritur ad ſingulas vices.

Quintò, ne monialium regimẽ, nec hominum, ſed maximè mulierum ſæcularium Societates, & Confraternitates ſuſcipiant, ſed tantùm illis verbum Dei prædicare cum rogati fuerint, valeant. O ſtatutum verè aureum, omnis pudicitiæ cuſtos, & paupertatis conſeruatiuum. Coacti tamẽ fuerunt iſti boni Patres à ſancta Sede Apoſtolica tam in Italia, quàm in Gallia, regimen ſuſcipere quatuor, aut quinque Monaſteriorum Monialium Reformatarum Sanctæ Claræ, quas communiter aliàs de Paſſione vocant: ſed quantum poſſunt, earum propagationem impediunt, ne ad earum gubernationem fuſiùs adſtringantur.

Sextò, ne ſæculares habitare permit-

permittantur in cœnobijs, quouis prætextu, etiam pro miniſterijs. Maxima certè humilitas, quod nec ſeruos habeant, ſed ſibimetipſis ſeruiant, ſua ſandalia faciant, ſuas veſtes conſuant, hortos colant, domos verrant, coquinam cæteraque Ordinis miniſteria, ad quæ Nouitiatus tempore fuerunt inſtructi, exerceant. Magna fælicitas, huiuſmodi ſeruis ſæcularibus carere. Sunt enim tot peſtes, & Satanæ inſtrumenta in monaſterijs quæ illis vtuntur, vt experientia liquet. Vulgare eſt prouerbium de famulo Sacerdotis, qui ventre eſt ſaturo quando ſurgit dominus eius.

Seruos ſæculares non tenent Capucini.

Septimo, ne ſæculares admittant in communi menſa Refectorij, niſi rarò, & quando id negari non poterit ſine admiratione.

Octauo, fratres non comedant apud ſæculares, vbi habentur cœnobia, & tantùm à Prouincialibus concedatur bis in anno apud parentes comedere, cum hoc importuniùs efflagitauerint.

Nonò, extra domum nunquam ſoli incedant, ſed ſemper bini, vt alter alterius virtutis, morum, & actionum ſit teſtis oculatiſſimus. Cæteri omnes aliorum Ordinum Religioſi ſuos mittunt vel ſinunt abire ſo-

Capucini bini ſemper incedant, & nunquam ſoli.

abire ſolos, quod multis eſt ob-noxium periculis, inter Capuci-nos crimen eſſet maximum gra-uioribus pœnis puniendum, in quo certe laudabiles ſunt, vt & in cæteris omnibus. Inde exijt Pro-uerbium, bini incedunt more Capucino.

Quare Capucini Confeſſiones ſæcularium communiter non audiunt.

Decimò, ſæcularium vtriuſque ſexus, cuiuſcunque ſtatus, & con-ditionis exiſtant, Confeſſiones ſa-cramentaliter non audiant. Hoc mirabile ſtatutum ſanctiſſimè fe-cerunt Capucini ſub initio ſuæ Congregationis, vt omne pericu-lum amouerent, omnem animi diſtractionem vitarent, & vt per-fectiùs ac ſtrictiùs cum Deo recol-lecti, & vniti, viam cæleſtis patriæ cum minori impedimento curre-re poſſent. Et ego huic laudabili ſtatuto Capucinorum maximam propagationem, ac in ſuæ Regulæ perfecta obſeruatione, duratio-nem tribuo. Quamuis ex intentio-ne Regulæ ipſiuſque conditoris licèt non expreſſa (Confeſſio namque auricularis æque eſt ne-ceſſaria, & huic Ordini eſſentia-liter propria, ac verbi Dei prædi-catio) F F. Minores debeant ge-neraliter ſæcularium confeſſio-nes excipere, & hoc ſanctiſſimum munus tanquam principale, & fundamen-

Fuit intentio S. Franciſci vt ſui audirent Confeſſiones ſæculariũ.

fundamentale, ſuæ profeſſionis exercere', vti fecerunt in officio formato primi Franciſcani ipſiſmet Beatiſſimi Patris temporibus. Non tamen aſſequi potuerunt Capucini, quin diuerſi & quamplurimi vtriuſque ſexus Chriſtifideles pro ſua erga ipſorum Congregationem deuotione eiſdem Religioſis confiteri poſſe à Generalibus, aut à Protectore Ordinis in decurſu temporis obtinuerint. Aduertentes verò nimiam facilitatem Illuſtriſſimi Protectoris in huiuſmodi facultatibus concedendis, numerumque pœnitentium quotidie augere, prudẽter ſibi à Sede Apoſtolica prohiberi ſæcularium confeſſionum auditionem, abſque eiuſdem Sedis ſpeciali indulto procurarunt. Nec propterea ab hoc ſancto exercitio liberati ſunt. Deo enim ita diſponente, id etiam exigente temporum, & multorum locorum neceſſitate creuit deſiderium, & deuotio fidelium erga iſtos veros Minores, in tantum, vt Principes, Potentes, Prælati, Communitates, & populi enixè, ardenter, imò & importunè à diuerſis Pontificibus ſummis toties requiſierunt, vt dignarentur Capucinis iniungere, quatenus vbique hoc onus,

Inſtantia Principum iuſſi ſunt Capucini à S. Sede Apoſtol ca Confeſſiones.

ſæcularium audire, & quāta pruden tia hac in re ſe habuerint.

Sixtus 5. Clemens 8, & Paulus 5.

onus, Confeſſiones quorumuis ſæcularium audiendi, ſuſciperent. Quorum tandem inſtantibus ſupplicationibus victi Summi Pontifices per Breue Apoſtolicum mandarunt Superioribus Capucinorum, vt Sacerdotes idoneos pro Confeſſionibus ſæcularium deinceps excipiendis, in locis vbi ad hoc rogarentur, deputarent: Cui mandato humiliter paruerunt, Confeſſionemque ſæcularium in locis, vbi maior ineſt neceſſitas, in quibuſque non ſunt alij Religioſi, & adeſt penuria Confeſſariorum, pro fauſto & fœlici auſpicio inſtituerunt. Et mirabile eſt quantos, & quàm vberes fructus in dies faciunt in adminiſtratione tanti Sacramenti, & quàm confidenter, & frequenter ad eos confluant pœnitentes magno numero, vt ſe illis omnino aperiant, & credant, quos ſciunt eſſe perfectos rerum terrenarum contemptores, populares tumultus, tanquam qui ſuo aduerſantur propoſito, fugere, ſecretos receſſus libenter appetere, vt in ſancta quiete liberius orationi vacare poſſint, quos, inquam, ſciunt eſſe compaſſiuos delinquentibus, habere æqualem affectionem ad omnes, omnibus eſſe con-

eſſe conuenienter affabiles, & omnes conuenientes ad ſe cum ſancta iucunditate recipere, conſolari pie afflictos, & ſe omnia omnibus facere, vt animas Chriſto lucrifaciant. Nullum tamen non mouerunt lapidē, vt ab hoc onere ſe eximerēt, ſeque in ſancta, & antiqua ſua ſimplicitate cōſeruarēt. Nihilominus cum ad hoc ſe munus obeundum mandato Sedis Apoſtolicæ coactos viderunt, tam ſanctas & prudentes regulas, & ordinationes ſuis Confeſſarijs ſtatuerunt, vt à conſuetis exercitijs recedere nequaquam poſſint, & valeant.

Hæ ſunt baſes, & fundamenta totius Capucinorum diſciplinæ: Hæ quatuor columnæ quæ ſuſtentant, fulciunt, firmant, & ſtabiliunt ſpiritualem illorum fabricam quæ, vt iam diximus, ſupra petram humilitatis fundata, omnes virtutes, vt parietes; & charitatem, vt tectum culmenque habet.

Notandum verò eſt, quod illorum Reformatio diutiùs in pura, & integra Regulæ Minorum obſeruantia perſeuerauit quàm alia quæuis quæ fuerit in Ordine Seraphico vſque nunc inſtituta. Nullam enim legimus centeſimum an-

Congreg. Capuc. diuturnius perſeuerauit in pura Regula obſeruantia, quam quæuis alia Ordinis familia, vniuerſaliter loquendo.

mum annum attigiſſe, quin paſſa ſit relaxationem, & minus obſeruans euaſerit: vniuerſa verò Capucinorum Congregatio per totas, & ſingulas ſuas Prouincias, & Cœnobia durauit vſque ad currentem annum 1628. centum & tres annos in vera Regulæ Obſeruantia. Nec æſtimo quod meliùs, & perfectiùs vnquam fuerit obſeruata à principio quo condita eſt, quàm hodie ſeruatur apud illos; & piè credendum eſt, quod ſalua ſemper retinebitur, atque integra huiuſmodi diſciplina, in tota illorum Congregatione, iuxta ſanctorum quorundam fratrum Capucinorum Prophetias, qui rapti ſæpe in extaſi, diuino inſpirante Numine, & Beato reuelante Franciſco prædixerunt, Congregationem Capucinorum eſſe ſecundùm cor, & mentem ipſius Seraphici Patriarchæ, quod tenorem Euangelici vigoris illibatum, ac Seraphici feruoris ſpiritum, dignitatemque, vſque ad mundi finem conſeruabit: licèt à fratribus tum proprijs, tum alienis, etiam eiuſdem Ordinis magnas, & varias ſit paſſura perſecutiones. At nihil nouum, nec magnum bonos à malis vexari, peruerſos atque execrabiles quoſque ſan-

Nunquam melius ſernata fuit Regula S. Franciſci, quam hodie ſeruatur apud Capucinos.

A Campopolito lib. 8. de excell. Seraph. Relig. cap. 31.

Reformatio Capucinorum eſt ſecundum mentem S. Franciſci.

Mali ſunt mixti cum bonis in hoc mundo.

que ſanctorum virorum numero inſertos latitare. Dum enim huius ſæculi area conculcamur, atque conterimur, neceſſe eſt etiam paleas igni perpetuo deputandas inter electiſſima frumenta miſceri. Eſt hæc miſeria huius vitæ, & quamdiu peregrinamur à Domino fragilitas: vt quemadmodum Saluator prædixit, neceſſe ſit euenire ſcandala; permittit Deus vt mali inter bonos cadant, ne boni fiant mali dum de ſancti Sodalitij perfectione ſecuritatem ſibi promittunt, & inde ruant vnde perſeuerandi occaſionem habebant. Admiſcuit ſanctiſſimis Apoſtolis Iudam Chriſtus, vt ſcirent, nec in Apoſtolatu ſecurè nimis torpendum; Admiſcuit & primis Franciſcanis iniquum Ioannem: vt qui huic inſtituto quantumuis perfecto ſe deuouerint, non propterea ſe in tuto poſitos putent, quantumuis mundo per ſummam paupertatem renuntiauerint, licet nihil ſibi cum mundanis commune reſeruauerint, & vitæ genus ſanctiſſimum elegerint, in ipſis harum virtutum culminibus periculum eſſe intelligant, idque ſibi perſuadeant, dum illinc alios in præcipitium abijſſe

tumidi, &

tumidi, & dolentes conſpexerint

Iuxta Dei promiſſum Ordo Minorum nunquam erit abſque veris Regulæ obſeruatoribus.

Hanc habet præclarus Ordo Seraphicus à Deo benedictionem, quod nunquam defecerint in eo veri Iſraëlitæ, Regulæ ſanctæ zelatores, qui diſſolutionibus, & relaxationibus pro domo Dei ſe opponerent. In Eccleſia nunquam diu regnauit hæreſis, neque in Seraphico Ordine Eccleſiæ firmiſſima columna, diu manſit deformatio, vel diſſolutio ſine ſuo antidoto; experta eſt Italia, Gallia, Germania, Hiſpania, &c. Ad quas hoc vltimo ſæculo meritis Seraphici Patris, vt domum eius iam labentem ſuſtinerent, miſit Pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis Patres Capucinos qui(vt iam diximus) Regulæ puram obſeruationem, ac antiquum primorum Franciſcanorum habitum, Seraphicumque, & Apoſtolicum feruorem Ordini, & Eccleſiæ reſtituerunt, Lutheri, & Caluini conatibus occurrerunt, vim repreſſerunt, & quotidie voce, & calamo retundunt. Exſuſcitata ſiquidem à Deo eſt generoſa illorum Reformatio, vt tradunt multi ſcriptores, cum hæc monſtra ab inferis emerſerunt: tantumque in eos inualuit proximi charitas,

Miſſa à Deo Capuc. Reformatio, in tempore opportuno Eccleſiæ, & Ordini.

Gonzaga in origine Seraph. Relig. p. 1. f.

vt ad In-

vt ad Indos, & regiones incognitas ſcedētes per martyrij palmam infideles ad Chriſti fidem reuocare non dubitauerint. Illorum reformatio cæteras omnes aliarum Religionum quæ hodie exiſtunt, anteceſſit.

61. Ioſephus Pariſinus in introduct. ad vit. ſpirit. tractat. 5. de affectione.

Primum namque Capucinorum initium computandum eſt ab anno 1519. Quo Leo X. canonizauit S. Franciſcum de Paula Ordinis Minimorum fundatorem, vt bene probat Reuerendiſſ. Epiſcopus à Campopolito lib. 8. cap. 6. de excellentia & nobilitate Seraphicæ Religionis. Notat enim quod eodem die præfatæ Canonizationis B. Matthæus de Baſſi inchoauit Congregationem Capucinorum. Sed quod contradicentibus fratribus de Obſeruantia nuncupatis, non potuit obtinere approbationem Sedis Apoſtolicæ per aliquod diploma (licet viuæ vocis oraculo ſacrum inſtitutum renouandi facultatem impetraſſet) vſque ad annum 1525. quo Clemens VII. ſupplicationibus Catharinæ de Cibo Duciſſæ Camerinenſis, eius chariſſimæ neptis, quæ meritis, & interceſſionibus ad Deum eiuſdem B. Matthæi liberata fuerat à morbo Epidimiæ, duabus bullis authenticis conceſſit,

Orationis cap. 40. ſub initio, & P. à Campopolito lib. 4. de excell. & nobil. Seraph. Relig. c. 36.

Capucinorum initium ab anno 1519. confirmatio autem anno 1525.

conceſſit, quod præfatus P. Matthæus, vt repararet Ordinem Minorum vniuerſum quoad Regularem diſciplinam tunc penè collapſum, familiam nouam ab alijs fratribus Ordinis, ne in pura Regulæ obſeruantia aliquo modo impediretur, diſtinctam, & ſeparatam poſſet inſtituere; & quoſcunque idoneos homines ad eam admitti poſtulantes, liberè recipere, primamque antiqui habitus, & Capucij oblongi, pyramidalis, ſeu valde acuminati abſque Mozeta, ſiue ſcapulari tunicæ griſeæ conſuti formam reſumere valeret. Quæ forma derelicta fuerat tempore Papæ Ioannis XXII. de ſpeciali ipſius mandato. Erat enim tunc temporis, vt in Eccleſia, ita & in Ordine Minorum ſchiſma maximum; duo ſcilicet Papæ, ſed vnus Antipapa, Nicolaus V. dictus; duo Romanorum Reges, & Imperatores Ludouicus Bauarus, & Fredericus, vnus verus, alius falſus, duo in Ordine Minorum Generales, at vnus Pſeudogeneralis, Michaël de Cæſena appellatus, Sed quoniam Pſeudopontifex, Petrus de Corbario dictus, erat profeſſus de Ordine Minorum, & à Ludouico Bauaro, qui atroci prælio Fredericū vicerat, Ro-

Forma habitus & Caputij S.P. Franciſci, & primorum ſequacium. Mutatio oblongi caputij in rotundum tempore ſchiſmatu ſub Ioanne XXII.

rat, Romamque inuaſerat, creatus, & ſuffultus, ideo bona pars Fratrum Minorum, cum præfato Michaële illi adhæſerat, Hoc autem aduertens Ioannes XXII. verus Pontifex anathemate damnauit præfatos Antipapam, Ludouicum, falſum Generalem, eorumque fautores, omneſque qui tale capucium oblongum ceu pyramidatum ferrent, quia præfatus Michaël, & ſequaces cum tali forma Capucij, & habitu extra Religionem, & Eccleſiam vagabantur. Vt verò Minores non ſchiſmaticos ab excommunicatis diſtingueret, præcepit, vt omnes FF. Minores deinceps barbam raſam portarent (antea ſiquidem nutriebatur) totaque Religio Minoritica retento ſolummodo colore, in reliquo mutaret capucium: quod & fecit, accipiẽdo formam rotundi capucij, ſeu mediæ lunæ, addita Mozeta, ſeu ſcapulari, qua etiam nunc vtuntur Conuentuales. Obſeruantes, Diſcalceati, Recollecti, & Soccolantes. Italiæ Reformati. De huiuſmodi oblongi capucij derelictione videat plura & notatu digna lector in Breuiario Chronologico Franciſci à Coriolano, & in lib. 8. cap. 6. de ex-

Quando FF. Minores cæperunt radere barbam, quã priùs nutriebant.

6. de excellentia & nobilitate Seraph. Relig. Authore P. à Campopolito. Hoc capucium oblongum, & acuminatum, ſeu pyramidale geſtaſſe S.P. Franciſcum affirmant omnes Ordinis ſcriptores & antiquæ picturæ S. Franciſci, & ſociorum teſtantur, eorundemque ipſamet realià vera, & materialia capucia, quæ Aſſiſij, Florentiæ, & alibi, vt pretioſæ reliquiæ, in hunc vſque diem aſſeruantur, manifeſte conuincunt. Vnde neceſſe fuit, vt poſtea Capucini, qui idem priùs oblongum capucium ad imitationem S. P. Franciſci reſumere voluerunt, facultatem ad hoc habuerint à ſummo Pontifice Clemente V II. an. 1525. Ex quo notat P. à Campopolito loco præcitato, quod B. Matthæus de Baſſi obtinuerat quidem facultatem à Leone X. viuæ tantùm vocis oraculo renouandi Ordinem Minorum quoad puram Regulæ obſeruantiam, ſed non quoad Capucij pyramidati formam à Ioanne X X I I. interdictam reaſſumendi, niſi tempore Clementis V I I. anno 1525. ſicque concludit fuiſſe reformationem Capucinorum anno 1519 inchoatam aliaſque Ordinis reformationes, quæ ortæ ſunt poſt bullam vnionis, imò etiam a-

S. Franciſcus portauit capucium oblongũ & acuminatum Barthol. Piſanus Toſſiniacenſis, Sedulius, VVadingus, & cæt. innumeri.

Capucium acutum, à Capucinis reſumptum.

iam aliarum Religionum præceſſiſſe, & Reformationi cauſam dediſſe. Vetuſtiores enim Ordines, qui intepuerant, æmulatione horum verorum Iſraëlitarum excitati, priſtinum in virtutis ſtudio feruorem repetiuerunt, vt teſtis oculatus eſt populus Chriſtianus vniuerſus; maximè verò celebres Minorum familiæ Conuentualium, & Obſeruantinorum, quarum priſtinus ardor deferbuerat, & diſciplinæ rigor non parum erat diuturnitate temporis remiſſus. Hæ aduertentes præcluſum ſibi ad Capucinos aditum prohibitione Apoſtolica ab ipſiſmet Capucinis (vt iam diximus) procurata, & quod ad ipſos tranſire minime poterant, abſque eiuſdem ſanctiſſimæ Sedis diſpenſatione, quam rationabili de cauſa difficulter, & paucis tantum concedebat: quamplures Regularis obſeruantiæ zelatores fratres, eodem fere tempore in diuerſis Ordinis Prouincijs, Italiæ ſcilicet, & Hiſpaniæ, quorum alij de aliorum conſilio erant inſcij, cogitauerunt de noua Reformatione facienda, ſicque initium dederunt varijs familijs Reformatis, ſub obedientia tamen, & directione Miniſtrorum Obſeruantiæ, & Conuen-

Reformatio Capucinorum cæteris aliorum omnium Ord. reformationibus cauſam dedit. quia anterior, vt ait P. à Campopolito, & optime probat lib. 8. de excel. Seraphi. Relig.

Conuentualium remanentibus, vnde accidit illa diuerſitas titulorum, & nominum, quibus hodie ab inuicem diſtinguuntur Franciſcanæ Regulæ profeſſores.

Diſcalceati Hiſpaniæ. Fratres igitur Diſcalceati initium ſumpſerunt ſub Clemente VII. an. 1528. in Hiſpania, ex qua nunquam exceſſerunt. Ita verò cognominantur, quia nudis omnino pedibus abſque ſoleis incedunt, quo etiam modo eunt Capucini eaſdem regiones incolentes, quibus licitum hoc eſt ex ipſorum Conſtitutionibus, cap. 2. Hanc omnimodam nudipedum inceſſionem apud nullam aliam Religionem in vſu habitam audiuimus vnquam. Maxima certè huius Ordinis auſteritas, vt & in cæteris omnibus tam ad corporis, quàm ad animi mortifiationem pertinentibus, iſti Diſcalceati nihil aut parum cedunt Capucinis in perfectione vitæ. Tamen magnus, & apud omnes celebris ille Concionator Lupus; neſcio quid in Capucinis excellentius præter alios animaduertens, ex Diſcalceatis ad ipſos tranſiuit, diu inter eos ſanctè, & vtiliter vixit, ac mortuus eſt. Fuit ſimilis reformatio Diſcalceatorum longè ante bullam vnionis à F. Petro de Melgar.

de Melgar laico inchoata anno 1492. quæ extincta fuit à Leone X.

Fratres Recollecti originem habuerunt ſub Clemente VII. an. 1532. in Hiſpania, in qua non multùm ſe propagauerunt, tum propter Reformationem Diſcalceatorum, quæ iam in authoritate erat, & gratia apud omnes, tum ob impedimenta & obices illis à Patribus de Regulari Obſeruantia poſitos: finis enim Reformationis Recollectorum, vt etiam Soccolantum Italiæ Reformatorum, erat reformare antiqua Obſeruantiæ Monaſteria, non verò ædificare, & multiplicare noua, ſaltem in locis, vbi iam erant fundati alij Ordinis reformati, vt vtrique fecerunt; deficientes à primo ſuæ Reformationis inſtituto, quo tenebantur omnes, & ſingulos Cordigeros de Obſeruantia relaxata, reformari volentes inter ſe recipere, & cōſequenter debebant illorum Monaſteria vſurpare: ſed quia minùs prudenter hac in parte egerunt, plurimis litibus, & controuerſijs cauſam dederunt, ſicque negotia ſua inuerterunt, maximè vero in Gallia, ad quam à 15. annis peruenerunt, nec vltra proceſſerunt, vbi habent

Recollecti.

A Campopolito lib. 9. de excell. Seraph. Relig. cap. 2

Finis Reformationis Recollectorum, & Soccolantum Reformatorum.

bi habent hodie 90. circiter Monaſteria in quatuor Prouincias diſtincta; Quorum maiorem partem Capucinorum modulo, & imitatione ædificarunt, reliqua ab Obſeruantibus acceperunt. Formam ſui capúcij, & mantelli pluries etiam mutare, & conſimilem Capúcinis geſtare voluerunt, ſed hoc ipſis per varia Pontificum diplomata fuit interdictum, & ſub cenſuris iniunctum, quatenus mantellum vltra genua protenſum, caputiumque omnino rotundum cum mozetta, ſeu ſcapulari, aut caparone ampliori, nec ſandalia ad libitum, ſed ſoccos ligneos more primo, & conſueto in poſterum deferrent. Sunt autem vocati Recollecti, quia quidam certo numero fratres de Obſeruantia relaxata zelo ſtrictioris obſeruantiæ, ſe recollegerunt, vnde dicti Recollecti, & congregarunt in aliquibus Monaſterijs ſolitarijs, à ſuperioribus de præfata Obſeruantia illis conceſſis, vt Regulam melius obſeruare poſſent, & ſuo bono exemplo alios fratres laxos ad Reformationem trahere, & reuocare poſſent. Sed audax nimis, & difficile facinus, quod prætenſum non eſt ſortitum euentum: facilius enim

Forma habitus Recollectorum præfixa à Pontificibus.

Vnde dicti ſunt F F. Recollecti.

lius enim eſt ſatis nouos homines formare ad virtutem, quam veteranos poſt lapſum reformare. Nam ſemel lapſa Religio vix, aut nunquam reparari poteſt, & facilius de nouo à fundamentis conditur quàm reformatur. Tempore Innocentij VIII. ſurrexerat ſub eodem nomine Recollectorum, reformatio quædam in Hiſpania, cuius author dicebatur quidam F. Ioannes de la Puebla; ſed optato fine caruit, nec qui hodie extant Recollecti, ab ijs emanarunt.

Reformati Italiæ, zocollantes, nuncupati.

In Italia ſub Clemente VII. anno 1532. cœpit Reformatio Soccolantum Reformatorum, ſic nuncupatorum propter ſoleas ligneas ſeu ſoccos ligneos quos pedibus portant. Iſti in Germaniam penetrarunt, plurimaque ibi & in Italia Obſeruantium deformatorum antiqua Monaſteria reformarunt, nec non aque multa Capucinorum more conſtruxerunt.

Conuentuales Reformati.

Conuentuales Reformati cœperunt etiam in Italia, ex qua non ſunt egreſſi, nec in ea valde multiplicati; Conuentuales dicti ſunt eo quod ex Conuentualibus ortum duxerunt, ſub illorumque obedientia, & directione ſemper remanſerunt. Illorum Reforma-

tionem

tionem inchoauit F. Ioan. Pizarro anno 1586. Vrbanus VIII. hodiernus Pontifex, ſui Pontificatus anno primo bullam edidit pro iſtorum extinctione, eoſque ac illorum Monaſteria cum cæteris Conuentualibus Italiæ non reformatis incorporauit, poteſtate illis facta qui vellent tranſeundi ad Soccolantes Reformatos, deditque Papa Capucinis quod iſti habebant Romæ Cœnobium, eoque diruto, proprijs refecit ſumptibus nouum, & amplum ſexcentis cellulis inſtructum pro Patribus Conſcriptis ad Capitulum generale deinceps congregandis, hoſpitio commodè excipiendis.

Diſcalceati Recollecti, & Soccolantes, Reformati diſferentes inter ſe.

Iſtæ tres familiæ Diſcalceatorum, Recollectorum, & Soccolantum Reformatorum, vt iam prænuntiatum eſt, diſtinctæ ſunt inter ſe quoad Superiores (ſolo Generali excepto quem recognoſcunt omnes eundem) [illegible]iã quoad Monaſteria, & aliquantulam formæ habitus, & conſtitutionum differentiam, amplius nihil commune inter ſe habentes quàm cum Capucinis. Aliter vocantur ſtrictioris Obſeruantiæ, eò quòd ſtrictiùs obſeruent Regulam quàm communes fratres de Obſeruantia deformata vulga-

riter in

riter in Gallia nominati Cordigeri *Cordeliers*; in Italia, *zoccolanti della famiglia*, qui laxiùs viuunt.

Sunt & in diuerſis regionibus aliæ familiæ Reformatæ ſub alijs titulis, & cognominibus; quas cum præfatis omnibus vtiliſſimũ eſſet, & peropportunum, imò & neceſſarium cum Capucinis vnire, qui ſoli præualent numero fratrum, Prouinciarum, & Conuentuum iſtis omnibus familijs reformatis, tam ex Magiſtro Generali Conuentualium quàm ex eodem Miniſtro Obſeruantium pendentibus: cum illæ tantùm ramos, Capucini verò arborem magnam conſtituant, iſtæ vnam aut alteram nationem incolant, Capucini autem per totum orbem Chriſtianum ſe extendant, ſeueriùs diſciplinam Sancti Franciſci cuſtodiant, ſolidioremque ac firmiorem Ordinem gubernandi modum habeant. Faxit Deus, vt ſummus Pontifex hoc ſanctiſſimũ opus aggrediatur, & fœliciter perficiat: reducatque vniuerſum Ordinem Minorum, ſi non in vnum ouile ſub vno paſtore, quia ferè impoſſibile, ſaltem in duas Congregationes: quarum vna ſit diſpenſata in paupertate pro infirmioribus, id eſt, indultis Apo-

Vniendæ eſſent omnes Reformationes Ordinis cum Capucinis.

D ſtolicis

ſtolicis mitigata, ſeu quoad Regulam temperata: alia verò ſit pura Regulæ obſeruatrix, omneſque & ſinguli Minores Religioſi ſub his duobus viuendi modis deinceps comprehendantur, & contineantur.

Nec video, quare aliàs hanc vnionem recuſarint Patres Capucini, cum ex ea tantum Ordini, & Eccleſiæ bonum, ac vniuerſæ Reipublicæ Chriſtianæ leuamen, & exemplum crediderim certiſſimè acceſſurum. Sic enim tanta, & tam confuſa in vno Ordine varietas, nominum veſtiumque differentia, ac Cœnobiorum & Superiorum diuerſa multidudo appoſitè tolleretur, Prouinciæ conuenienter aptarentur Prouincialium viſitationibus Religioſorumque peregrinationibus, ſeu de domo in domum neceſſarijs tranſmigrationibus commodiores redderentur, ceſſarent tot æmulationes, Religioſa charitas foueretur, hoſpitalitas exerceretur, mutuæque pacis dulcedine cuncti replerentur, ac meliore æmulari chariſmata conarentur: Et ne plura replicando faſtidium legenti pariam; redeat oratio ad præclarum Minorum Ordinem vniuerſum quẽ eſſe in ſtatu perfe-

ctionis

ctionis, ſeu eſſe ſtatū perfectionis acquirendæ nemo ambigit, cū hoc declararint tanti Pontifices.

Ordo Minorum eſt ſtatus perfectionis acquirendæ.

Eſt perfectior cæteris omnibus Religionibus.

Quantum verò eſt de illius præſtantia, ſi ſecundùm Diuum Thomam illa Religio excellit aliam, quæ ordinatur ad potiorem, ſeu altiorem finem, ſeu ad altiorem actum, & habet altiora, & magis conducentia exercitia ad altiorem finem & actum intentum: Certiſſimum eſt Religionem Minoritanam eſſe de ſe perfectiorem ſtatum Religionis, cæteris alijs nunc approbatis, & hoc ſecundùm quid, imò & ſimpliciter, quia finis illius de ſe eſt altior, vel ſaltem æqualis alijs finibus Religionum: quandoquidem & ad contemplandum, & ad contemplata alios docendum eſt ordinatus, vt patet ex 3. 5. 9. 10. & 12. cap. Regulæ Minorum: Qui finis & actus ſunt cæteris finibus potiores de ſe, ex quo ſunt pertinentes ad vitam mixtam, nempè ad otium Magdalenæ, vacando diuinæ contemplationi; & negotium Marthæ vtilitati proximorum inſiſtendo: Præbet inſuper conuenientiora, & magis proportionata pre cæteris omnibus Religionibus exercitia, & media ad fines prædictos aſſequendos: Nam ſtatus ille

Ex fine, & medijs colligitur maior perfectio vnius Relig. quàm alterius.

tus ille qui reddit magis hominem abſolutum & liberum à terrenorum omnium amore & à noxia eorum ſollicitudine, quæ nimis Dei amori aduerſantur, & per conſequens ad inhærendum magis ſoli Deo per amorem, & ad proximorum charitatem inducit, conuenientiora vtique, & magis proprijs finibus proportionata habet exercitia, quàm ille ſtatus, in quo Religioſi minùs per exercitia ipſa elongantur ab amore & ſollicitudine prædictis; Et quo magis per huiuſmodi inſtrumenta, à tali terrenorum affectu remouentur, vt Deo adhærere, & proximorum vtilitati commodius vacare poſſint; eò perfectiora exercitia, ſeu inſtrumenta comprobantur.

Maior eſt paupertas F F. Min. quàm a liorum Religioſorum.

Cap. 6. Regula.

Atqui paupertas quam Minores profitentur, ea eſt, vt eius profeſſores nihil penitus in terris habere poſſint, neque in particulari, neque in communi, vnde altiſſima ab ipſo S. Franciſco eſt appellata. *Hac eſt illa celſitudo altiſſima paupertatis, quæ nos pauperes rebus fecit, & virtutibus ſublimauit.* Clarū eſt ergo, quòd quantum eſt de ſe, amorem penitus omnem, & ſollicitudinem remouet terrenorum: Nam ſi abundans poſſeſſio temporalium

ralium abundantiorem ſollicitudinem ingerit, exigua verò poſſeſſio minorem, conſequens eſt, vt nulla poſſeſſio nullam ingerat ſollicitudinem. Ac Minoritana Regula talem (vt diximus) mandat paupertatem, vt nihil eius profeſſoribus, tam in particulari, quàm in communi habere proprij in terris poſſint, nec quēcunque rerum vſum eis concedit, ſed tantùm rerum neceſſariarum, vt patet ex decretali cap. *Exijt qui ſeminat.* §. *Inſuper, & vtenſilia.* de verbor. ſignif. in 6. vbi dicitur. *Quinimò in omnibus appareat in eis quoad dominium omnimoda abdicatio, & in vſu neceſſitas.* Conſtat ergo talia dare media, & exercitia, vt omnis per ea amor, & ſollicitudo terrenorum tollatur; vnde conſequens eſſe videtur, quod conuenientiora ad propoſitos fines, præ cæteris Religionum Regulis præbeat inſtrumenta: & per conſequens illis dignior, & perfectior habenda videtur ſecundum conſiderationes aſſignatas. Habent enim aliæ Religiones tēporalia in communi, licet non in particulari; quæ ſunt viſcus alarum ſpiritualium animæ, ſcilicet affectionum, vt ad diuina e-

FF. Minor, nihil poſſunt habere, in cōmuni nec in particulari.

Bona temporalia ſunt viſcus alarum ſpiritualium animæ.

nolet: animus enim ſine aliqua delectatione eſſe non poteſt. Qui enim habet in communi, licet non amet proprium quod non habet, manet tamen ſibi amor ad commune: ſed qui nihil habet, & nihil amat, minus amat; nam quãtum eſt de ſe, minus amantur quæ non poſſidentur quàm poſſeſſa; ſecundum S. Auguſt. ad Paulinam, & Teraſiam, quod ſcilicet terrena plùs diliguntur adepta, quàm concupita conſtringunt: iſta enim velut membra præſcinduntur, illa velut extranea repudiantur. Certè nulla maior paupertas dari poteſt, ea, quæ nihil habet; Nullus perfectior contemptus omnium mundanorum eo qui reliquit omnia propter Deum, & nec in particulari, nec in communi quicquam iuris politici, ſaut poſſeſſionis habet, ſed iuxta Apoſtolum eſt contentus victu, & veſtitu, ſeu vſu rerum moderato: modica verò, vt conſtat, ſunt neceſſaria ad ſuſtentationem vitæ, quia natura paucis contenta eſt.

Non requiritur magna ſollicitudo pro neceſſarijs procurandis, illis qui paucis cō-

Quare exigua vtrique eſt occupatio procurandi neceſſaria his qui paucis contenti ſunt, & pauciſſimi ſufficiunt fratres ad mendicandum talibus neceſſaria, dum interea cæteri vacant diuinis, & prædica-

prædicationi Euangelij: vnde Minoritana paupertas quæ paucis contenta eſt, non modò à finibus prædictis non diſtrahit, ſed maximè conducit: Non enim ſolliciti ſunt bonorum poſſeſſiones litigando tueri, conſeruare, augere, excolere, colligere, congregare, prouiſiones facere, ne corrumpantur aduertere, bene diſpenſare, & multa alia facere, cauere, timere, quæ occaſionaliter ſcilicet ob nimiam noſtram fragilitatem, potius quàm ex moderata poſſeſſionum proprietate, & natura impedimento eſſe poſſunt ad acquirendam perfectionem, & ſic verè minuunt de perfectione Religionis quæ poſſidet in communi. Quare cum Sanctus Thomas dicit, quod habere in communi, non minuit perfectionem Religionis, non aliud per hoc dicere voluit, niſi quòd illa Religio, quę aliquid habet in cōmuni, non eſt ſimpliciter, & abſolutè imperfectior ea quæ nihil habet, ſed tantum imperfectior eſt ſecundùm quid, ſcilicet ſecundùm paupertatem tantùm. Poſſet enim illa hanc, in alijs exercitijs, & medijs excedere, vt ſunt ea quæ ad continentiam, & obedientiam ſpectant.

tenti ſunt.

Incommoda bonorum temporalium.

Habere in cōmun minuit perfectionem ſecundum paupertatem.

Paupertas FF. Minorum eſt ſimilis paupertati Christi, & Apoſtol. Paupertas aliarū Religionum eſt ſimilis paupertati primæ communitatis credentium.

Hæc igitur Minorum paupertas verè eſt Euangelica, Chriſti, & Apoſtolorum paupertati ſimilis: quibus communiter non licebat portare pecuniam, ideò ponebatur ad pedes eorum, & non ad manus: & recipiendus ad communitatem Apoſtolorum, nihil debebat ſecum afferre, nec res, nec pretia rerum, ſed vendere, & dare pauperibus. Paupertas vero cæterarum omnium Religionum eſt ad normam primæ illius communitatis credentium tempore Apoſtolorum, ad quam qui recipiebantur, debebant ſecum ferre pretia rerum: vnde non immeritò dixit quidam Pontifex de Religione Minorum: Hæc eſt illa Religio, quæ ſolo Deo contenta eſt, cuius alumni, & filij diuinæ prouidentiæ innitentes, ſuos ad Deum iaciunt cogitatus, qui volucres cæli paſcit.

Votum caſtitatis FF. Minor. ſtrictius voto aliorum Relig.

Nec ſolùm in paupertatis (vt diximus) verùm etiam in caſtitatis, & obedientiæ voto (quæ ſunt ſubſtantialia, per quæ homo meliùs diſponitur ad finem Religionis, qui eſt charitas). Religio Minorum omnes alias, quæ cum ipſa, circa fines conueniunt, antecellit; quia votum caſtitatis in Regula Sancti Franciſci ſtrictius eſſe di-

eſſe dignoſcitur, & finibus magis congruum, quàm in alijs quibuſcunque Regulis Religionum omnium, quandoquidem huius Regulæ Profeſſores, non ſolum vouent caſtitatem ſeruare, vt cæteri Religioſi, ſed prę illis omnibus etiam ſeipſos voto adſtringunt impedimenta euitare, quæ illos à pura prædictæ caſtitatis obſeruantia impedire poſſunt: hæc enim tria illis ſub mortali culpa præcipuuntur. *Ne fiant* ſcilicet *Compatres hominum, aut mulierum*. Itē, *Quòd non ingrediantur Monaſteria Monachorum*. Inſuper *Quod non habeant ſuſpecta mulierum conſortia*. Quibus plenè ſeruatis, clarum eſt quòd ſatis liberi, & expediti huius Regulæ Profeſſores reddũtur, ad Deo & proximorum ſaluti vacandum. Vnde hoc medium, & eſſentiale inſtrumentum cæteris (quæ talia non iubent) perfectius eſſe dignoſcitur, cum ad fines propoſitos magis proportionatum exiſtat.

Votum obedientia FF. Minor. perfectius eo, quod faciunt alij quilibet Religioſi.

Quòd inſuper obedientiæ votum, huiuſce Regulæ profeſſorũ, cæterorum omnium Religioſorum obedientiam antecellat, inde eſt, quia Minorum fratrum obedientia generaliſſima eſt, nec niſi duobus limitibus limitata, qualis non eſt cæterorum. Pro-

feſſores enim Minoritanæ Regulæ, ſub diſtricti præcepti vinculo ſuis prælatis obedire tenentur, non ſolum in ijs quæ promiſerunt ſpecialiter in regula obſeruare: ſed inſuper in omnibus quæ eis à ſuis præpoſitis præcipiuntur, dũmodo contra Deum, & Regulam non ſint. Ait enim ipſe Pater Sanctus: *Præcipio firmiter fratribus vniuerſis, vt obediant ſuis Miniſtris in omnibus quæ promiſerũt Deo obſeruare, & non ſunt contraria animæ & Regulæ.* Quare Minorum obedientia ſtrictior & vniuerſalior cæteris videtur, & per conſequens cæteris altior. Vnde (ni fallor) exiſtimo concludi poſſe, cum Religio Minorum (vt ex præallegatis conſtat) ſit altior cæteris omnibus Religionibus ſecundum quid, ac etiam ſimpliciter, quod etiam regulariter loquendo, & in foro conſcientiæ, non licet profeſſo de hac Religione non deformata, tranſire ad quamcunque aliam. Imò iure diuino, & communi datur licitus tranſitus de quacunque alia, etiam Carthuſiana, ad Franciſcanam obſeruantem Regulam. Nec habet locum cap. *Viamã bitioſa*, editum à Papa Martino IV. qui excommunicat Mendicantes in Religionem non mendicantem ingredien-

Licet Carthuſianis ad FF. Minores tranſire, contrariũ non licet.

gredientes, excipiendo tantùm Religionem Patrum Carthuſianorum; quia primo aſpectu videtur quod ſit alijs ſtrictior. In cuius extrauagantis intelligentia errauerunt multi, aſſerentes virtute illius, etiam fratres Minores poſſe in foro Eccleſiæ ad Carthuſianos tranſire, quia, inquiunt, Eccleſia quæ iudicat tantum de exterioribus, iudicat Carthuſienſem eſſe altiorem, eò quòd ſtrictior ſit in exterioribus obſeruantijs quibuſdam; ſed tales non aduertunt differentiam, quæ cadit inter Mendicantes, & Mendicantes: alij enim viuunt de proprio in communi, quale proprium ſiue poſſidetur nomine Religionis, ſiue nomine Capellarum Eccleſiarum ſuarum, ſemper tamen ad illorum vtilitatem conuertitur. Alij ſunt Mendicantes; qui ſine proprio, tum in communi, tum in particulari viuere tenentur, quique adhuc omnibus priuilegijs, & diſpenſationibus puritatem Regularis obſeruantiæ relaxantibus renunciauerunt: quales ſunt veri obſeruatores Regulæ Minoriticæ. Idcirco quãdo Doctores dicunt Mendicantes poſſe tranſire in Religionem Patrum Carthuſianorum, intendũt

Differentia inter Mendicantes & non dicantes.

tantùm loqui de illis Mendicantibus, qui viuunt de proprio in communi, & non de illis, qui ex vi ſuæ Regulæ tenentur viuere ex vera mendicitate, ſine proprio, neque in particulari, neque in communi. Quod quàm veriſſimum, & perſpicuum ſit, patet ex reuocatione extrauagantis præfatæ, *Viã ambitioſæ*, à Papa Innoc. VIII. vt in compendio priuilegiorum in forma probante, qui prohibuit, vt nulla quæcunque ſit illa Religio, fratres Minores Obſeruantiæ recipere poſſit, virtute quorumcunque priuilegiorum in genere, vel in ſpecie conceſſorum, ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrendæ, qua etiam pœna, ipſos Obſeruantes fratres aliàs faciendo innodauit. Quare nullus Minorum fratrum regulariter viuentium ad Carthuſienſes aliter tranſire poterit, quin excommunicationis ſententiam incurrat, vt in titulo *Apoſtata*, numero 19. Nauarrus lib. .. conſil. ſeu reſp. titulo de Regul. & conſ. 59. Ratio eſt propter hoc quòd dicit Sanctus Bonauentura quæſt. 12. & 3. ſup. Reg. quod impoſſibile eſt profeſſo huius Religionis ad aliam tranſire (ſecundum Regulam, & Deum, & veritatem) quia nul-

Extrauagans, Viam ambitioſæ, Martini 4. fuit reuocata ab Innocentio VIII.

Minor tranſiens ad Carthuſienſes abſque Sedis Ap. diſp. eſt Apoſtata, & excommunicatus.

quia nulla altior, aut æqualis huic reperitur. Et idem dicit in ſecundo capite, addens quod profeſſo hanc Religionem, eſt impoſſibilis tranſitus ad aliam, quod niſi Papa ſupponeret, non approbaret Regulam, dicentem: *Et nullo modo licebit eis de iſta Religione exire, quia ſecundum ſanctum Euangelium nemo mittens manum ad aratrum, & reſpiciens retro, aptus eſt regno Dei.* Quòd ſi non licet exire, quia non licet retrò aſpicere (non enim licet tranſire de Religione altiori ad infimam) Apoſtatæ ſunt omnes ab hac Religione poſt profeſſionem ad aliam quamcunque tranſeuntes, quia hoc eſſet mittere manum ad aratrum, & reſpicere retrò, & non ſoluere votum debitè, vt patet ex iure Canonico poſitiuo. Hæc ille. Et omnes expoſitores Regulæ cap. 1. & 2. concordant, vt eſt videre in Hugone, & quatuor Magiſtris, Bartholomæo Piſano, & cæteris nemine diſcrepante; ſed clarius in Hieronymo Politio in expoſitione Regulæ. cap. 2. num. 85. 86. 87. & in 1. præludio.

Quid faciet Religionem aliã perfectiorẽ.

Nec prodeſt allegare, Papam Iulium II. declaraſſe, Religionem Carthuſianorum ſtrictiorem eſſe alijs, ex eo quòd vitam agat contempla-

templatiuam, & ſolitariam, quia non arctitudo vitæ tantùm, ſed multo magis perfectior, vita, & fructuoſior finis Religionum ſunt attendenda, vt licitè fieri poſſit tranſitus de vna ad aliam Religionem: finis enim nobilior, cum vita æquè, vel minus arcta, præponderat maiori arctitudini. media enim propter ipſum finem ſunt, non autem finis propter media; Et ideò à facultate Pariſienſi, vt refert Syluester, titulo *Religio* 4. quæſt. 6. fuit determinatum, quòd frater Carthuſienſis de iure communi poteſt tranſire ad Ordinem prædicatorum regulariter viuentium: nec ob aliam quidem cauſam, niſi quia qualibet Mendicantium Religio regulariter viuens, vt ex dictis ſuperiùs patet, & ex Beati Antonini 3. parte tit. 16. cap. 4. in fine, omni non Mendicante eſt perfectior; & vnicuique ob frugem melioris vitæ, ad altiorem ſtatum licet tranſire, vt patet ex cap. *licet. de Regularibus*, & cap. *duæ ſunt*, 19. quæſt. 2. Et aduertendum eſt; quòd quando Iulius II. declarauit Religionē Carthuſianorum eſſe cæteris arctiorem, Religio Sancti Franciſci defecerat ab obſeruantia altiſſimæ paupertatis: non enim floruit perfecta,

Carthuſianus poteſt tranſire ad Dominicanos.

Religio Mendicans non mēdicante eſt perfectior.

Explicatio declarationis Iulij II. quod Carthuſiani cæteris ſunt arctiores.

perfecta, & vniuerſalis Reformatio Obſeruantiæ vſque ad tempora Leonis X. Quapropter cum ante tempora Leonis X. omnes Religiones viuerent de proprio, durante dicto proprio, Religio Carthuſianorum erat ſtrictior, ſed poſtquam exijt Reformatio arctiſſimæ paupertatis Regulæ ſancti Franciſci, habuit locum, vt etiam habet hodie, decretum Papæ Alexandri IV. vt in Compendio priuileg. in titulo *Apoſtata*, num. 5. & 6. vbi dicitur, quòd quando frater Minor aſſerit, ſe non poſſe ipſius Ordinis Obſeruantias ſuſtinere, vt tunc licentietur in ſcriptis ad tranſeundum ad Religionem Sancti Benedicti, vel Carthuſianorum; in quo præfatus Pontifex clarè demonſtrat, profeſſionem Regulæ ſancti Franciſci arctiorem eſſe, & ſeueriorē. Quod ita eſſe, quilibet ſani, & recti iudicij homo libenter fatebitur, nec contrarium in veritate audebit aſſerere, ſiue de Carthuſianis, aut etiam de Paulanis ſeu Minimis, vel de quibuſcunque alijs Religioſis ſermo habeatur.

Profeſſio FF. Minorum arctior eſt Carthuſiana, & qualibet alia Relig.

Carthuſianos iudicat Nauarrus auſteriores Minimis quantum ad victum, ex eo quòd perpetuam à carnibus habeant abſtinentiam, etiam in

Carthuſiani arctiores Minimis non tã tum ratione

ciborum, imò & aliarum obſeruationũ.

etiam in morbo grauiſſimo, ſeu ad mortem: licet oua, & lacticinia comedere valeant omni tempore: Minimi autem perpetuam (dum ſani ſunt) vitam quadrageſimalem ducere debant (in qua ſola re conſtituitur omnis auſteritas Religionis Minimorũ) & vti carnibus, ouis; & lacticinijs in infirmitate, & conualeſcentia poſſunt. Ratio eſt. quia inquit, in proſpera valetudine dum venter ciborum appetentiam habet, facile eſt cibis quibuſcunque veſci: optimum enim condimentum fames: ſed quando quis infirmatur, & nauſeam habet ciborum, & faſtidium; tunc ſanè illi plus prodeſſet vnum pulmentum ex carnibus conditum ad ſanitatem recuperandam, & vitam conſeruandam quàm quoduis aliud obſonium.

Collatio auſteritatis & perfectionis aliarum Religion. cum auſteritate & perfectione Fratrũ Minorum.

auſteritas Ordinis FF. Min. maxima.

Eſt certè hic vtrorumque viuendi modus valdè auſterus, ſed ſi fiat collatio vitæ verorum FF. Minorum cum iſtis, ſanè tantò eſt auſterior, vt vix dici, aut æſtimari poſſit. Et puto me hoc aſſerere abſque cæterorum Religioſorum iniuria, & Ordini Minorum hanc tribuere laudem, cui, vt opinor, nemo inuidebit, quòd hæc ſola familia pro Chriſti amore famem, ſitim, fri-

ſitim, frigus, nuditatem, laſſitudines, & alia vitæ humanæ incommoda patitur; Aliæ Societates longa faciunt ieiunia, magnas habent abſtinentias, ſed ſemper de ſuo prandio ſunt ſecuræ. Prædia habent, & reditus certos, & ſufficientes, quos quotidie ſumptus facere debeant ſciunt. At ſanctus Franciſcus non ſolùm abſtinet, & ieiunat, ſed etiam ſæpiſſimè cum fame, & ſiti luctatur, nec ſibi quicquam promittere poteſt quam panem, & adhuc aliquando non ad ſufficientiam. Quoties ſe vident Fratres pro omnibus delicijs panem tantùm habere, illumque adhuc durum & inſipidum: dico etiam in optimis quibuſque ciuitatibus. Nam declarare, quid peregrinando patiantur, nemo niſi qui ſit expertus, illud ſcire poteſt. Sæpius in terra, in paleis recumbunt incœnati, Luto conſpurcati, pluuia madefacti, ſuis veſtibus tanquam pannis ſepulchralibus inuoluti, mortem potiùs, quàm vllam aliã huius mundi viſibilis, rem referentes. Conſideret qui vult; Quid ſit in omnibus abſque vlla limitatione) (modo contra regulam, & animam non ſit mandatum) propriam oportere abnegare voluntatem, ſuperiorum

periorum præceptis vſque ad mor-
tem obediendo; Quid, reditibus,
poſſeſſionibus, pecunijs, & omni
proprio carere tam in particulari
quàm in communi : vnde nulla
certa fieri poſſit regulariter vi-
uentibus neceſſariorum prouiſio,
ſed neceſſarium ſit ex mendicita-
te viuere, & ex Dei tantũ paterna
prouidẽtia pẽdere, qui hominibus
ſuggerat, eis vitæ neceſſaria mini-
ſtrare. Quid, nec cellaria, nec gra-
naria habere? nec congregationes,
nec prouiſiones in futurũ ad lõgũ
tempus facere poſſe, ſed quotidia-
nis mendicationibus, vbi fieri poſ-
ſe ſperatur, vitam debere tranſi-
gere, ſuos in Deum iacientes co-
gitatus, ſuæque innitentes proui-
dentiæ, qui volucres cœli paſcit,
quæ non congregant in horrea,
nec ſeminant, nec metunt; Quid,
vilibus, & rudibus indui, ſeu po-
tiùs operiri veſtimentis, abſque
lineis ſuper nudam carnem? Quid,
duas tantum poſſe habere tunicas,
& non plures, nullàque propria
mutatoria? Quid, ſuper aſſeres,
vel paleas ſanum, & ægrum ad
mortem ſemper dormire, & mori
rudi ſacco veſtitum? Quid, pede-
ſtres (niſi infirmitas, ſeu manife-
ſta neceſſitas diſpenſet) ſemper
debere itare? Quid, nudis incede-

re

re pedibus, ne nudo fere corpore dicam, vnde quamplurimæ, & grauiſſimæ oriuntur infirmitates? Quid, media nocte ſemper ſurgere, & vigilias per tres horas integras hyeme, & duas æſtate protrahere? Quid, abundare non poſſe, ſed egere ſemper, ita vt ſuperflua omnia, curioſa, & pretioſa eis ſint ex Regula vetita & interdicta? Quidue ſit (ne longius protrahatur ſermo) ad prædicta omnia, & ad alia quæ numerum 25. obligatoriorum explent, ſub culpa mortali ex ipſa Regula teneri? Vnde Nauarrus de Regul. Comment. 4. n. 17. Capucinos ſic ad vnguem S. Franciſci Regulam obſeruantes reputabat Chriſti Martyres incruentos.

Sed inter has tantas miſerias, & mortificationes, quas veri Minores lætanter, & conſtanter pro Chriſti amore ſuſtinent, ſuperabundant gaudio, & Regum fœlicitati non inuidentes, viuunt ſua ſorte, & Dei benedictione contẽti (ingens certè theſaurus) ſibi ſatisfaciunt, in ſolatio habent, quãdo cum Paulo dicere poſſunt: *Eſurimus & ſitimus, & nudi ſumus,* &c. Gloriantur, hanc miſeriam cum eod. Apoſtolo tranſigere vitam in fame, & ſiti, & frigore, & nuditate,

volunt vitam Chriſti in carne ſua manifeſtari. Cupiunt crucis mortificationem portare in membris ſuis. Volunt glorificare, & portare Deum in corpore ſuo. Et in hoc puncto ſupremæ paupertatis conſiſtit excellētia iſtius Religionis.

Non eſt malè factum, euangelizare, & pro ſalute proximorum laborare equitando, huic rei vacandum eſt, & inſudandum velis (vt aiunt) & triremibus, per mare, per terras, peditando, & equitando, paſſu, & curſu, gradu modico, & pleno; hoc licere poteſt his, quibus Deus maiores non præbuit vires; ſed nihilominus burſa, & loculis bene nutriri, veſtiri, & calceari, equitare, & cætera non elegit Deus, vt conuerteret mundū. Si his Deus vti auxilijs voluiſſet, vt Eccleſiam ſuam fundaret, Principes, Cæſaresq; elegiſſet, qui magna equitia, qui Curſores, & alipedes nuntios, & ſtationarios habebant paratiſſimos, vt in promptu, & celeriter ſuum portarent vbique Euangelium, illudq; pertingere facerēt in fines orbis terrarum ad limites vſque naturæ. Attamen infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia, opera vſus, & miniſterio homuncionum humilium, & plebeiorum, pedeſtrium,

ſtrium, pedum puluerulentorũ, & cœnoſorum, nudipedum, vt Euangelium ſuum in omnem terram transferrent & publicarent.

Conſideret nunc quæſo qualia & quanta ſint hæc, & quanta regulariter viuentibus onera, & incommoda ex arctiſſima Minoritana Regula ſuperſtant: Et tunc ſit æquus iudex inter arctitudinem Minoritani Ordinis, & eius qui eſt Carthuſienſium & cæterorum omnium, qui præter tria vota eſſentiaſia nullam habent Regulam, nullum ſtatutum quod ad peccatũ mortale obliget, ſed tantum ad pœnam corporalem pro arbitrio Superiorum, ſeu per determinationẽ ſtatutorum ſubeundam. Habent Carthuſiani quaſi pro voto perpetuam à carnibus abſtinentiam. Minimi etiam Quadrageſimalem vitam tempore firmæ valetudinis; At Minores pro quarto voto habent non poſſidere, neque contrectare pecunias, quæ victui delicato multum inſeruiunt. (Optimum ſanè exterminandæ cupiditatis, & auaritiæ remedium.) Regulæ cæterorum Religioſorum aut pendent ex voluntate ſuorum Generalium, aut aliorum Superiorum, vel etiam Capitulorum, pro libito declarandi, præcepta po-

Lector ſit æquus iudex horum conſideratione inter arctitudinem Minorum & Carthuſienſiũ.

4. votum Ordinis Minor.

Regulæ aliarum Relig. nõ obligant ad peccatum vt Reg. FF. Min. & diſpenſare poſſunt Superiores circa il-

Digitized by Google

tur, non à Super. Minor. circa ſuam.

nendi, aſtringendi, remittendi, diſpenſandi, circa vitam ipſorum Regularem, & præcepta ipſius Regulæ. At Superiores, & Capitula FF. Minorum tenentur omnia præcepta Regulæ, Decreta, & declarationes Pontificum ſuper eam. firmiter, & obligatoriè ſeruare ſub pœna grauis peccati, iuxta quod ſcriptum eſt in ipſorum Regula, quòd Prælati non præcipiant quid quam contra animam, aut Regulam: & ſubditi non obediant. Idcirco quando occurrit aliquod dubium accidentale ſuper Regulam Minorum propter ſuam arctitudinem, neceſſarium fuit recurrere ad Curiam Romanam pro illius determinatione, vt videre eſt in tit. de verb. ſignific. in 6. Et in extrauagantibus Communibus.

Sola Regula Minorum à S. Sede Apoſtolica declarata.

FF. Minorum auſteritas peregrinando.

Quando Carthuſiani, Minimi & cæteri aliarum Religionum Patres mittunt ſuos ad itinerandum, prouident illis de equis, ſeruis, & pecuniis pro eorum expenſis, vt certi, & ſecuri vadant ſub humana prouidentia. At quando F F. Minores ſuos dimittunt binos, ſiue in Italiam, Galliam, Hiſpaniam, Germaniam, Indiam, & exteras Nationes, de nullo illis prouidetur, quàm de merito ſanctæ obe-

ctæ obedientiæ, & quòd Deus prouidebit illis in via.

Aliás duo, aut tres Carthuſiani ad Capucinos tranſierunt, & ſimiliter totidem Capucini ad Carthuſianos, quorum vnus dum graui morbo ad mortem afflictaretur, plangebat, & in has voces Italicas prorumpebat in celeberrimo Carthuſienſium Papiæ Monaſterio. *Caritá de Capucini, Caritá de Capucini.* nec poterant eum compeſcere, quippe qui expertus erat inter Capucinos, licet pauperrimos, maximum in ſuis infirmitatibus ſolatium, & charitatis auxilium, quale non recipiebat ſimile inter Carthuſianos quamuis prædiuites. Hoc habent ſingulare Capucini, quòd maximam exercent charitatem erga ſuos infirmos, amore Dei quærunt, & inueniunt, & quidquid illis eſt neceſſarium, quaſi optimæ matres ægris Fratribus diſtribuunt.

Carthuſianos ad Capucinos, & Capucini ad Carthuſianos conuolarunt.

Charitas Capucinorum erga infirmos fratres.

Meritò ergo concluditur ex dictis, quòd Minoritana Religio, vt inquit ſanctus Bonauent. quæſt. 12. & 13. non ſolùm eſt perfectior, ſed cæteris etiam Religionibus alijs arctior, & ſtrictior. Nam licet aliqua in quibuſdam corporalibus exercitijs hac ſtrictior ſit, vt in abſtinentia carnium, ſilentio, vita

Minorum Religio alijs auſterior, & perfectior.

tio, vita quadrageſimali: omnia tamen hæc ex ſublimiori vinculo arctiſſimæ obedientiæ, paupertatis, & caſtitatis quæ in hac Religione vouentur, (vt diximus) facilè compenſantur: ſicut modicum pondus auri maguo ponderi argenti, vel alterius metalli, in pretio prævalere monſtratnr.

Tranſitus de vna Relig. in aliam non eſt licitus hodie abſque Sedis Apoſt. diſpenſatione.

Conſequenter etiam benè concluditnr, quòd ex hac Religione ad nullam aliarum licitus eſt trāſitus. Imo ex omnibus alijs ad iſtam, ſi ſine ſcandalo fieti poteſt, licebit tranſuolare. Tamen quia non eſt laudanda migratio profeſſi de vno Ordine ad alium, niſi magna id vtilitas, aut neceſſitas perſuadeat, cum ſæpiùs animi leuitate fiat, per ſpecialia priuilegia Religionum eſt aliter à ſummis Pontificibus rationabiliter ordinatū, propter cauendam confuſionem Religionum, & ſeruandam communem pacem. Ideò non licet etiam in foro Dei, niſi ſecundùm talia priuilegia, & iuxta determinationes, cap. *licet* de Regular. inde exire, & in noſtra recipi Religione, nec è contrà; Cui rei prudenter, & ſapienter prouiſum eſt.

In bulla quæ incipit, Charitas Dei, &

Vnde Paulus V. confirmauit omnia priuilegia data in hunc finem contra ius commune. Ius autem commune

mune permittebat, vt Regularis, petita licentia à ſuo prouinciali, aut Abbate, & non obtenta, poſſit, ſi de bono animo conſtet, ad aliam Religionẽ ſtrictiorem trãſire, quod hodie minimè fieri poteſt abſque ſpeciali, & rationabili diſpenſatione Papæ, vel Eccleſiæ, niſi Ordo in quo quis viuit, ſit deformatus, & relaxatus. Vbi enim Regula promiſſa (in quacunque Religione ſit) debitè non ſeruatur, & communiter relaxatè viuitur, tunc liceret inde tranſire ad aliam Religionem etiam inferiorem, in qua reformatè ſecundùm Regulam promiſſam communiter viueretur. Et ratio eſt, quia licet vna Religio in ſe, & ſecundùm fines ſuos, altior alia ſit, ſi tamen eſſet deformata, eſſet vtique alia, vbi regulariter viueretur, inferior: quoniam talis vita deformata, eſt culpabilis, habens in ſe turpitudinem, in quantum à vita Regulari deuiat. Nec conſideranda eſt Regula, prout eſt antiquitus inſtituta, ad hoc quòd vna Religio, alia Religione altior, vel inferior ſit cenſenda, vt ſic liceat vel non liceat tranſire ab vna ad aliam; Sed attendendus eſt cõmunis modus viuendi in præſenti, vt benè Panormitanus. Inno-

proximi. Ius cõmune quid.

Caſus in quo liceret tranſire de vna Religione in aliam.

cent. Ioan. Andr.&cõmuniterCanoniſtæ notarunt in cap. *ſanè* de Regular. Et quia vbi eſt communis deformatio, ibi eſt periculum propinquum ad mortale peccatum; meritò licitum, ſeu potius debitum eſt, illud fugere, & ad Religionem licet inferiorem, vbi regulariter viuitur, tranſire, quod limitandum eſt ſecundùm Ioan. Andr. in d. c. *ſanè* Sylueſt. Cordub. &c. quando in dicta Religione altiori non eſſet aliqua prouincia, ſeu monaſterium, vbi Regula promiſſa debitè ſeruetur, in quibus recipi poſſet; nec vlla eſſet ſpes Reformationis citò faciendæ. Quoniam in his caſibus non eſſet licitus tranſitus ab altiori ad inferiorem, ſed expectanda eſſet Reformatio citò faciēda, vel ſe recipere deberet inProuinciā, ſeu monaſteriū, vbi regulariter viuitur.

Cornelius Muſſus, Hieronymus Platus, Horatius Turſellinus Franciſcus Gonzaga.

Sed vt vnde exijt reuertatur oratio, quis hanc præclariſſimam Sancti Franciſci Religionem non admirabitur, cum ſit planta in horto Eccleſiæ magna, quæ radices egit, in omni Regione, ramos ſuos extendit per vniuerſum terrarum orbem, non contenta mundo veteri, per nouum eſt propagata prima Euangelium in oras illas intulit; fidem plantauit, rigauit, adhuc ex-

huc excolit, & propagare proprium ſanguinem fundendo per martyrij palmam non deſiſtit? O beata Religio : apud quas gentes chorda hæc non ſuſcipitur, non honoratur ? Quis populus cineres iſtos non veneratur ? Cinericium hunc dico veſtium noſtrarum colorem. Quæ gens tam barbara, vt non præferat Regum Purpuræ ? Quot Reges depoſita purpura hoc ſacco induti ſunt ? Quot præſtantes viri ab hoc ſacco ad Mitras, ad Coronas, ad ſceptra, ad Pontificias dignitates euecti ſunt.

4. Summi Pontifices ex Ord. Min. aſſumpti.

Lib. della republ. Christiana, c. 20.

Ex hoc Ordine quatuor ad Regendam Petri nauem aſſumpti ſunt. Nicolaus IV. qui & Hieronymus Aſculanus ; Alexander V. qui & Petrus Cretenſis ; Sixtus IV. qui & Franciſcus de Ruuere Saonenſis ; & Sixtus V. qui & Fœlix Perretus ex Oppido Montalt. cuius memoria, & opera illuſtria Romæ ſunt omnibus nota. Refert etiam P. Hieronymus Romanus, Patres huius Ordinis, Cardinales 42. fuiſſe creatos. Quibus adhuc tres alij ſunt adiungendi, qui ab eo tempore fuerunt creati, ſcilicet Cardinalis Aſculanus ex familia Conuentualium, & illuſtriſſimi Cardinales Monopolitanus,

45. Cardinales ex Ord. Min. Episcopi & Doctores innumeri.

& Barbarinus ex Capucinorum Sodalitio aſſumpti. Addit etiam præfatus P. Romanus, ibidem, *Quod forte non ſunt in Hiſpania 4. Eccleſiæ, quarum regimen Epiſcopali dignitate non habuerunt Fratres Minores.*

Sancti Canonizati 18. beati innumeri.

Certè Italia de eadem re æquè gloriari poſſet, Gallia etiam Germania, & aliæ nationes plurimos habuerunt ex hoc Ordine Epiſcopos.

Sancti ab Eccleſia Canonizati 18. ſex Confeſſores, & 12. Martyres fuerunt. Beati ſunt innumeri; quemadmodum etiam viri percelebres, qui ſanctitate, & vitæ integritate cum doctrinæ excellentia coruſcarunt; multique hodie vitæ laude & Regulæ commendantur, & ſic poſſum dicere de hac Illuſtriſſima Religione illud quod canit Eccleſia Dei Catholica: *Aſtitit Regina à dextris tuis in veſtitu deaurato circundata varietate.* Eſt enim hæc familia Minorum veſtita ſanguine Martyrum, Sanctitate Doctorum, & Confeſſorum, & Sanctarum virginum candore. Ipſe enim S. P Franciſcus inſtituit Ordinem Monialium S. Claræ, & tertium Ordinem de Pœnitentia, ex quibus numeroſa Candidatarum Virginum, & Confeſſorum turma ad cœlos euolauit. Plurimos enim

Pſal. 44.

S. Franciſcus inſtituit 3. Ordines.

mos enim Confeſſores Ordinis tertij de Pœnitentia nuncupati, Sedes Apoſtolica canonizauit qui propriè non fuit inſtitutus pro hominibus Religioſis, ſed tantum pro hominibus, & fœminis cuiuſcunque ætatis, ſtatus & conditionis in ſæculo viuentibus, coniugatis, nobilibus, & ignobilibus, pauperrimis, & diuitibus, paruulis & magnis, iuuenibus, & ſenibus. Tantus fuit, & adeò magnus zelus ſalutis animarum in Beato Franciſco, vt omnium hominum ſaluti prouidere voluerit, inſtituendo vnam Religionem pro hominibus, aliam pro fœminis, tertiam pro vtriuſque, quibus animum, & vires Deus non dederit ad onus leue, & iugum ſuaue Religionis portandum. Vnde iſte tertius Ordo, de Pœnitentia nuncupatus, dici potiùs debet Confraternitas, ſiue Sodalitium, quàm Ordo. Nunquam enim fuit intentio S. Franciſci alium fundare Ordinem Religioſorum hominum quàm Fratrum Minorum. Quapropter Fratres, & Sorores tertij Ordinis, qui dicitur de Pœnitentia, non ſunt Religioſi S. Franciſci, nec de Ordine Fratrum Minorum, ſed habent tantùm S. Franciſcum Patronum, non fun-

3. Ordo de Pœnit. qualis.

Tertiarij de Pœnit. nō ſunt Religioſi S. Franciſci nec Fratres Minores.

ſtatorem; ſub Obſeruantia illarũ Regularum, quas præſcripſerat Beatiſſimus Pater Confratribus, & Sororibus ſæcularibus in præfatæ Confraternitatis Albo conſcriptis; quorum numerus tam magnus, vt penè infinitus fuerit. Vnde aliqui perfectiorem vitam ducere cupientes, obtinuerunt à quodam ſummo Pontifice vota Religionis emittere ſub titulo, & nomine Pœnitentum tertij Ordinis S. Franciſci, qui nullam habent regulam, ſeu ſtatutum peccato obnoxium, pecunias contrectare, prædia poſſidere, annuos reditus, granaria, cellaria habere, prouiſiones facere camiſias portare, calceatos, caligatoſque incedere, equitare, & huiuſmodi alia licitè, & liberè facere, tenere, & habere valentes.

Tertiarÿ de Pænit. nullã habent Regulam obligatoriam.

Ex præmiſſis igitur concluditur, quod vna prorſus eſt Regula Fratrum Minorum vnuſque Paſtor, ſignifer Domini noſtri IEſu Chriſti, qui datus eſt mundo, & inſtituit Regulam, vt peccatores ſaluos faceret. Sanctus enim Franciſcus Diſciplinam reparare voluit Apoſtolicam, & quod ſucceſſores Apoſtolorum omiſerant reſtaurare. De quo authenticam reuelationem à Deo habuit, & expreſſum

Religio FF.

preſſum præceptum à Chriſto Domino impoſitum, & à ſancta Sede Apoſtolica approbatum, vt ex D. Bonauentura, & Eccleſiaſtico officio colligitur. *Vade, Franciſce, repara domum meam quæ labitur.* Quapropter Religio Minorum iure diuino fuit inſtituta, vt affirmant ſummi Pontifices, & maximè Nicolaus III. qui de Seraphico Fratrum Minorum Ordine verba faciens, in hæc dulciora ſuper mel, & fauum prorumpit. *Hæc eſt apud Deum, & patrem munda, & immaculata Religio, quæ deſcendens à Patre luminum, per eius filium exemplariter, & verbaliter Apoſtolis tradita, & demum per Spiritum Sanctum Franciſco inſpirata, totius in ſe continet teſtimonium Trinitatis.*

Minorum à Deo inſtituta.

Cap. exijt, de verb. ſig. in ſexto.

Idem docet Clemens V. iuxta Concilium Viennenſe, dicens, hanc Religionem eſſe vitæ cœleſtis formam: teſtatur eandem veritatem Leo X. in bulla vnionis, in qua aperte ait, hanc Minorum Religionem, eſſe vineam ab æterno Patre plantatam, ob idque dixit ſummus Pontifex, quod meritò iſtam Religionem, ſuam appellat. Ergo ſi Deus peculiari ratione illam vocat ſuam: non immeritò colligimus, iure diuino ab eo eſſe conditam, & conſtitutam; ac proinde nulla poteſtas in terra eſt,

Clement. exiui. de verb. ſig. in bulla quæ incipit, ite vos.

quæ

quæ hoc ſacrum, & diuinum inſtitutum poſſit licitè conuellere, & extirpare, & ſic Regula huius ſacræ Religionis indicat nobis hanc probabilem veritatem; omnia enim ad perfectiorem vitam ſpectantia plenariè in 12. ipſius Capitulis comprehenduntur: quapropter numeroſa hominum copia ad hanc Religionem, tanquam ad vitam concurrunt. Vnde aſſerit Ludouicus Granatenſis ſerm 2. de B. Fanciſco, quòd vnicus Beatiſſimi Patris Franciſci Ordo, plura fo taſſe intra ſe Cœnobia, quàm reliqui omnes omnium aliorum Ordinum, contineat. Cuius frequentiæ cauſam adfert S. Bonauentura, à paupertate, quam B. Franciſcus fulcrũ, & baſim Ordini ſuo ſubiecit, vti rerum & virtutum ſeruatricem. In eo etiam Dei prouidentia mirabiliter elucet (inquit idem Pater Ludouicus Granatenſis Ordinis Prædicatorum profeſſor eximius) qui cum præcipuus huius inſtituti author fuerit, eam mentem cunctis mortalibus immiſit, vt audito nomina Franciſci, nauiculatores, piſcatores, ſtabularij, publicani, atque omne poſtremum genus hominum, ſtipem cunctis eius ſectatores porrigant, nullumque ab eis vectigalia.

Paupertas propagatrix Ordinis Min.

Granat. Conc. de S. Frãciſco art. 2.

Infideles, & turcæ amant FF. Minores.

lis, aut tributi genus exigant. Quodque mirabilius eſt, immanis Turcarum natio, non modo nihil ab eis (quemadmodum ab alijs fidelibus) tributorum exigit ; ſed ſtipem etiam, & eleemoſynam petentibus præbet ; quod ego plane quoddam miraculi genus à diuinæ prouidentiæ cura profectum eſſe non dubito.

Nec minus miror eundem paupertatis ſpiritum & amorem, qui in Beato Patre præfuit, ad eius quoque filios permanaſſe. Cum enim omnes omnium Ordinum homines, qui in toto orbe verſantur, omni ſtudio aurum quærant, aurum ſitiant, ac pene adorent, paupertatemque per ſaxa, per ignes fugiant : plurimos in hoc Sanctiſſimo Ordine viros, ac fœminas reperire licet, qui contra omnium mortalium vota ac deſideria, maiori ſtudio paupertatem, quàm illi diuitias quærant. Neſcio ſitne rectius dictum ab alio in hanc ſententiam, quàm à Seneca. *Magnæ diuitiæ ſunt, lege naturæ compoſita paupertas, lex autem illa naturæ, ſcis quos nobis terminos ſtatuit? non eſurire, non ſitire non algere, vt famem ſitimque depellas, non eſt neceſſe ſuperbis aſſidere liminibus, nec ſupercilium graue, & contumelioſam etiam humanitatem pati.* *Seneca Epiſt.*

ti. Non eſt

ti, Non eſt neceſſe maria tentare, nec ſequi caſtra. Parabile eſt quod natura deſiderat, & expoſitum. Ad ſupernacua ſudatur. Illa ſunt quæ togam conterunt, quæ nos ſeneſcere ſub tentorio cogunt, in aliena littora impingunt. Ad manum eſt, quod ſat eſt. Cui cum paupertate benè conuenit, Diues eſt.

Qui plura, magna, maxima, & mirabilia de hoc ſacratiſſimo, & illuſtriſſimo Minorum Diui Franciſci Ordine, & de ipſius eximio, & Seraphico authore ſcire deſiderat, videat Chronica Minorum in 4. partes diſtributa; hiſtoriam Seraph. Relig. authore Rodulphio Tuſſiniacenſi; hiſtoriam hominum illuſtrium Seraph. Relig. Henrici Sedulij; tractatus de excellentia, & nobilitate Seraph. Religion. R. Epiſcopi P. à Campopolito. Annales Minorum Lucæ Vadingi. Annales Capucinorum Zachariæ Bouerij. Hoc ſolum mihi ſupereſt dicere, quòd author, & fundator inclytus tantæ, & adeò excellentis Religionis Seraphicus Pater, & Patriarcha S. Franciſcus, ſuæ miſſionis teſtimoniũ, & Religionis approbationem, & confirmationem accepit per impreſſionem ſacrorum Stigmatum. Chriſtus enim, ait Iacobus de Voragine Dominicanus, Epiſcopus.

copus Iauuenſis, dedit B. Franciſco Stigmata, tanquam arma ſua, vexilla ſua, & teſtimonia ſua. Ipſe namque erat miles Chriſti, ſignifer Chriſti, & præco Chriſti. Ideo Eccleſia illi meritò titulum dedit Magni, & Seraphici. Quapropter omni ratione decet, dum nominator ſolus, dici pro debito honore, ſimpliciter, & abſolutè, S. Franciſcus, ſine adiectione vocis, loci ſuæ natiuitatis, videlicet (Aſſiſiatis) quia primus, & antiquior eſt Sanctus hoc nomine inſignitus, à quo cæteri eiuſdem nominis ſancti illud acceperunt in baptiſmate; vel debet vocari Franciſcus Magnus, aut Seraphicus: qui habēs ſignū Dei viui, illud portiaui in corde per amoris vulnerationē, in corpore per macerationem, in parte per Stigmatum impreſſionem. Nec recolo (inquit S. Bernardinus à Senis) me legiſſe, nec reperiſſe aliquid aliud à manibus Ieſu Chriſti immediatè fabricatum, quod ab Eccleſia fuerit approbatum, niſi hos Clauos, & Stigmata hæc ſacra; Ego, vt verum fatear, cum Sancti Franciſci vitam lego, non ſolum accendor, ſed in eius Meditatione totus exardeſco: vtpotè in quo tanta diuini amoris claritas effulſerit vt Ange-

De Voragine ſer. 1. de ſtig. S. Franciſci.

De Euang. æter. ſer. 60. art. 1. c. 1.

Angelus potius, atque ex ſupremo Ordine, qui ardor & incendium dicitur, magis quàm homo dici poſſe videatur.

Accede & tu benigne lector, accede ad ſanctum illum ignem: Certò ſcio, caleſces plus ſatis. Ego huic narrationi finem imponens, rogo & quæſo, vt per illius interceſſionem diuinum conſequamur auxilium.

FINIS.



INDEX RERVM & MATERIARVM HVIVS tractatus iuxta ſeriem alphabeti & numerúm foliorum congeſtus.

AVctores reformationis de Obſeruantia qui primi fuerunt fol. 12

Auſteritas F F. Minorum peregrinando. f. 95

Auſteritatis & perfectionis aliarum Religionum cum auſteritate & perfectione FF. Minorum collatio f. 88

Bona temporalia ſunt viſcus alarum ſpiritualium animæ fol. 77

Bulla vnionis & Concordiæ continuò fuit abrogata. fol. 15

Capucini abundant grauiſſimis hominibus fol. 48

Capucium acutum à Capucinis reſumptum. fol. 66

Capucini

Capucini altiſſimæ paupertatis zelatores. fol. 33

Effectus mirabiles altiſſimæ paupertatis in Capucinis prælucentes. fol. 34

Capucini bini ſemper incedunt & nunquam ſoli. fol. 55

Capucinorum charitas erga infirmos fol. 95

Capucini Confeſſiones ſæcularium communiter non audiunt. quare? fol. 56

Capucinorum Congregatio diuturniùs perſeuerauit in pura Regulæ Obſeruantia quàm quæuis alia Ordinis familia fol. 60

Capucinos conſeruat frequentia orationis mentalis. fol. 49

Capucinos conſeruat fuga ſæcularium fol. 52

Capucini docorantur à ſummo Pontifice titulo ſeuerioris diſciplinæ S. Franciſci fol. 27

Capucini excellunt in inſtructione iuuentutis fol. 37

Capucini exierunt ab Obſeruantibus fol. 12

Capucino-

Capucinorum initium ab anno 1519. *Confirmatio autem anno* 1525. *fol.* 63

Capucini *inſtantiâ* Principum *iuſſi ſunt à* S. *Sede Apoſtolica confeſſiones ſæcularium audire. fol.* 58

Quanta prudentia hac in re ſe habuerint. fol. 58

Capucini *non tenent ſeruos ſæculares fol.* 55

Capucini *nuncupantur* Fratres Minores *ſeuerioris diſciplinæ* S. Franciſci. *fol.* 31

Capucini *optimos habent ſuperiores fol.* 47

Capucini orant ſimul in vnum congregati. fol. 50

Capucini perfectiùs S. *Franciſcum imitantur fol.* 29

Capucini *præclaram habent iuuentutem fol.* 43

Capucinorum Reformatio *cæteris aliorũ omnium* Ord. *reformationibus cauſam dedit, quia anterior fol.* 67

Capucinorum reformatio eſt ſecundum mentem S. Franciſci. *fol.* 60

Capucinorum

Capucinorum Reformatio miſſa à Deo in tempore opportuno Ecleſiæ & Ordini fol. 62.

Capucinorum ædificia fol. 31. Palliola fol. 30. barba fol. 30. veſtimenta fol. 30.

Capucinorum ſanctiſſima ſtatuta pro temperanda conuerſatione ſæcularium fol. 53.

Capucini ſunt de Ordine Minorum & veri filij S. Franciſci. fol. 16.

Capucini ſuos valde humiliant & quare? fol. 40.

Capucini tenuiores ſollicitè in diſciplina cuſtodiunt. fol. 39.

Capucini vnde dicti. fol. 11 & 18.

Capucinorum vnitas & in omnibus conformitas mirabilis. fol. 26

Capucini vocantur flores Minorum. fol. 26.

Ex bonis ſuperioribus pendet conſeruatio Religionum. fol. 48

Carthuſiani ad Capucinos & Capucini ad Carthuſianos conuolarunt fol. 95

Carthuſianis ad FF. *Minores licet tranſire, contrarium non licet fol.* 82

Carthuſiani arctiores minimis non tantùm ratione Ciborum imò & aliarum obſeruationum fol. 88

Carthuſiani cæteris ſunt arctiores fol. 86

Carthuſianus poteſt tranſire ad Dominicanos fol. 86

Caſus in quo liceret tranſire de vna religione in aliam fol. 97

Conuentualium reformatio quando incepit? fol. 71

Conuentuales ſunt antiquiores cæteris fol. 12

Conuentuales ſunt de Ordine Minorum. fol. 17

Conuentuales vnde dicti. fol. 10 & 18

Damna quæ illis religionibus proueniunt, quæ facilè quoſuis homines recipiunt, receptoſq; non benè inſtruunt neque benè cuſtodire ſtudent.

Differentia & expilcatio duorum titulorum ſeuerioris diſciplinæ & ſtrictioris Obſeruantiæ f. 27

Diſcalceati

Diſcalceati initium ſumpſerunt in Hiſpania anno 1518. *f.* 68.

Diſcalceati, Recollecti *&* Soccolantes *reformati differentes inter ſe f.* 72.

Diuerſas familias Obſeruantiæ nuncupatæ neceſſarium eſſet in vnam formam viuendi & veſtiendi deducere f. 24.

Diuerſitas nominum familiarum Congregationis Obſeruantiæ nuncupatæ. f. 22

Educatio bona in ſæculo multum iuuat in Religionis *Tyrocinio, fol.* 43

FF. *Minores nihil poſſunt habere in communi nec in particulari fol.* 77

S. *Franciſcus portauit Capucium oblongum & acuminatum fol.* 66.

Finis Reformationis Recollectorum & Soccolantum reformatorum. fol. 69

S. *Franciſcus inſtituit3 Ordines fol.* 100

Fructus humiliationis religioſorum f. 41

Generalis FF. *Conuentualium vocatur magiſter Generalis fol.* 14

Generales FF. *Obſeruant. & Capucinorum titulo miniſtrorum Generalium decorantur fol.* 14.

Gene-

Generalis Obſeruantium non habet iuriſdictionem in Conuent. & Capucinos fol. 15

Habere in communi minuit perfectionem ſecundum paupertatem fol. 79

Habitus forma & Caputij S. P. Franciſci & primorum ſequacium fol. 64

Habitus forma S. Franciſci qualis fuit? fol. 11

Habitus forma FF. *Minorum fol.* 15

Habitus forma Recollectorum præfixa à Pontificibus. fol. 70

Incommoda bonorum temporalium fol. 79

Infideles & Turcæ amant FF. *Minores fol.* 104

Ius commune quid? fol. 96

Mala quæ ex negligenti cultura Iuuenum religionibus accidunt fol. 42

Mali ſunt mixti cum bonis in hoc mundo fol. 60

Mattheus de Baſſy poſt S. *Franciſcum ſecunda auſpicia Capucinis dedit fol.* 13

Mendicantium differentia quæ? fol. 83

Minor

Minor tranſiens ad Carthuſienſes abſque Sedis Apoſtolicæ diſpenſatione eſt Apoſtata & excommunicatus fol. 84

Mutatio oblongi Caputij in rotundum tempore ſchiſmatis ſub Ioanne XXII. *fol.* 64

Nobiles quare potius ad Capucinorũ quàm ad aliorum Religiones confluunt? fol. 44

Nõn requiritur magna ſollicitudo pro neceſſarijs procurandis illis qui paucis contenti ſunt. fol. 78

Nullus ex tribus Generalibus poteſt vel debet dici generaliſſimus neque Generalis totius Ordi. Minorum. fol. 15

Obſeruantes exierunt a Conuentualibus fol. 12

Obſeruantes vnde dicti fol. 10 & 18

Orationis effectus mirabiles. fol. 51

Oratio facta in communi efficacior ea quæ ſit priuatim fol. 50

Oratio quæ priuatim cuique fieri relinquitur vt plurimum omittendi periculo exponitur. fol. 51

Ordo S. Franciſci eſt vnus ſiue vnicus tantùm. fol. 9

Cœpit

Cœpit ſub Innocentio III. Anno 1212. fol. 9 fuit confirmatus ab Honorio Anno 1224. & multis gratijs & priuilegijs inſignitus. fol. 9

Diuiditur in tres partes. fol. 9

I. eſt FF. Minorum Conuentualium, fol. 9

II. eſt FF. Minorum Obſeruantiũ f. 9

III. eſt FF. Minorum Capucinorũ f. 9

Ordo Minorum eſt ſtatus perfectionis acquirendæ. f. 75

Eſt perfectior cæteris omnibus Religionibus fol. 75

Ex fine & medijs colligitur maior perfectio vnius Relig. quam alterius f. 75

Ordo Minorum iuxta Dei promiſſum, nunquam erit abſque veris Regulæ obſeruatoribus. f. 62

Ordo 3 de pœnitentia qualis? f. 101

Ordinis trium Congregationum pulcherrima varietas fol. 12

Paupertas aliarum Religionum eſt ſimilis paupertati primæ Communitatis credentium fol. 80

Paupertas

Paupertas Evangelica eſt fundamentum Ordi. Minorum fol. 33

Paupertas FF. *Minorum maior eſt quam aliorum religioſorum fol.* 76

Paupertas FF. *Minorum eſt ſimilis paupertati Chriſti & Apoſtolorũ .f.*80

Profeſſio FF. *Minorum arctior eſt Carthuſiana & qualibet alia* Relig. *fol.* 87

Paupertas propagatrix Ord. *Min.f.* 104

Quænam ſint quæ Congregationem PP. *Capucinorum florere faciunt, eamque tuentur fol.* 36

Quando FF. *Minores cœperunt radere barbam quam prius nutriebant f.* 65

Qui melius & perfectius S. *Franciſcum imitantur eius veri & legitimi filij potius debent dici. f.* 35

Recollecti Originem habuerunt anno 1532. *fol.* 69

Recollecti vnde dicti ſunt. f. 70

Regulæ aliarum religionum non obligant ad peccatum vt regula FF. *Minorum & diſpenſare poſſunt ſuperiores circa illam fol.* 93

Regula

Regula Minorum à S. Sede Apoſtolica ſola declarata f. 94

Regula S. Franciſci diuerſimodè obſeruatur à ſuis Profeſſoribus fol. 11

Regula S. Franciſci nunquam meliùs ſeruata fuit quam hodie ſeruatur apud Capucinos fol. 60

Religio mendicans non mendicante eſt perfectior. fol. 86

Religio FF. Minorum a Deo inſtituta f. 10

———aliis auſterior & perfectior f. 95

Religio FF. Minorũ requirit homines generoſos & magnanimes, non verò pueros & puſillanimes. fol. 44

Reformationes omnes Ordinis vniendæ eſſent cum Capucinis. fol. 73

Sigillum nullum eſt quod abſolutè dici poßit ſigillum Ordinis. fol. 20

Sigillum Ordinis vnuſquiſque trium Generalium habet ſuum particulare. fol. 20

Soccolantum reformatorum reformatio quando incepit f. 71

4. ſummi Pontif. 45. Cardinales, Epiſcopi &

ſcopi & Doctores innumeri ex Ord. Minorũ aſſumpti f. 99

Sancti Canonizati 18. *Beati innumeri. fol.* 100

Tertiarij de pænitentia non ſunt religioſi S. Franciſci nec Fratres Minores. f. 101

Tertiarij de Pænit. nullam habent regulam obligatoriam f. 102

Tranſitus de vna Religione in aliam non eſt licitus hodie abſque Sedis Apoſtolicæ diſpenſatione f. 69

Varietas quæ eſt hodie in particulari Congregatione de Obſeruantia nuncupata eſt confuſa, ideò nec pulchra nec laudabilis. fol. 22

Votum Caſtitatis F F. Minorum eſt ſtrictius voto aliarum Religionum f. 80

Votum Obedientiæ F F. Minorum perfectius eo, quod faciunt alij quilibet Religioſi fol. 81

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

oogle